VITA
ÆGIL ABBA-
TIS FVLDEN-
SIS A CANDIDO
MONACHO AD MODE-
STVM EDITA


PROSA ET VERSIBVS.

EX MS. CODICE VETVSTISSIMO BIBLIOTHE-
CÆ FVLDANÆ.

STVDIO AC LABORE


R. P. CHRISTOPHORI BROVVERI SOCIET. IESV
PRESBYTERI LVCE DONATA.

Addita Relectio Fuldens. Antiquitatum.



MOGVNTIÆ,
EX TYPOGRAPHIA IOANNIS Albini.

ANNO M. DC. XVI.



ADMODVM REVERENDO AC NOBILI D. REVERENDIS ET NOBILIBVS DD. D. GEORGIO AB HATZFELDT, Ecclesiæ Fuldensis Decano, & Monasteriorum D. ANDREÆ Noui Montis, & Holtzkirchæ. R^do & N. D. DANIELI à Merlauu, Capitulari seniori, & Monasteriorum S. Michaelis & Cellæ. R^do & N. Dn. HERMANNO EBERHARDO Milchling dicto Schutzbar, Monasterij Tolbæ. R^do & N. Dn. IOANNI BERNARDO Schenck à Schvveinsberg, Monasterij Blanckenavv. R^do & N. D. PETRO ERNESTO à Rupe, Monasterij Montis S. Petri PRÆPOSITIS.

DD. & Patronis Opt. ac Bene meritis.



Blatam mihi tandem occasionem testificandi officium, & obseruantiam erga vos meam, hoc alacrius arripui, quod maiorum vestrorum ac parentum plura ingenij monumẽta adhuc extare deprehendi, quam exprimere primo conatu licuit; & vtiliora, quam quæ tenebris

 dam-


damnari, & non in luce ad memoriam posteritatis proponi debeant. Scio hoc morbo laborare præstantia quoq; ingenia, vt, quæ mustea sunt & florida, id est, solâ elegantiâ sermonis commendata, præferant, vetera hæc & obsoleta, quæ Asceticam, & mores antiquos redoleant, ipso peregrinitatis sapore, fastidiant. Sed tempus esse quis dubitat, cum vtilia speciosis, vetera musteis longè sunt anteponenda. Imaginem hic habetis veteris, & germanæ Congregationis vestræ, velut in tabula depictam, non rudi quidem colore, sed optimo, & natiuo expressam; quã Ægil ille celeberrimus Abbas, & morum suauitate, & mira suorum concordia, tum accurata viuendi disciplina, cum ingenij, & virtutum suarum pulchritudine primus adumbrauit; Candidus autem eius discipulus, ad imitandum proposuit. Ac inficias quidem ire nequeo, partes huius imaginis, in Antiquitatum Fuldensium libris, à me quam venustè, nescio, vsurpatas. Sed curandum omnino fuit, vt suæ compositioni tãquam membra corpori redderentur, & rursum inter se, cum quodam lepore consentirent. Ita enim, & fore speraui, vt hic Aegilis magni quondam & nobilis vestri Patriarchæ nitor & ornatus, oculos moueret, & vos ad ipsius intuendum mores, facilius alliceret; ac deniq; moueret approbationẽ eorum, qui non ad voluptatem & ventris ingluuiem se generatos à natura, sed ad studia honestatis, & virtutis, id est, ad vitæ seueritatem, natos, educatosque meminissent. Ceterum hunc exiguum laboris mei, aut vestræ potius Bibliothecæ fructum, à Candido ordinis vestri graui, & Agilis æquali Scriptore profectum, autoritate interpo-

terpo-

terposita vestra, prodire in hominum manus volui, Admodum Reuerendi & Nobiles viri, tum, quia Collegiũ hoc Fuldæ, quæ à vobis amicitiæ, propensæ voluntatis, ac beneficiorum argumenta tenet, grati animi testificatione sibi declarandum putauit; tum, quia vos, qui ad huius Ecclesiæ gubernacula concordibus animis Principi, & Archimandritæ vestro aßidetis, si Agilem, id est illud antiqui moris, illud religionis ac concordiæ, illud temperantiæ, & modestiæ exemplar in oculis geretis, & moribus exprimetis, videam prorsus felices ac beatos fore; quo bono in hac mortali vita, nullum vobis optare possum maius, aut præstantius. Fuldæ, Anno MDCXIV. XXV. *Augusti.*

Adm. Reu. & nobili Congregationi Vestræ
Addictißimus cliens

Christophorus Brovverus.



HRABANVS IN AEIGILIS EPITAPHIO.

ABBAS ISTE FVIT FAMOSI NOMINIS EIGIL
QVI IACET IN TVMVLO, SED SVPER ASTRA MANET.

ÆIGIL DE SE

ABBAS HIC AIGIL TVMVLATVS SORTE QVIESCO.
QVI DVDVM MVLTIS NOTVS IN ORBE FVI.

CANDIDVS LIB. II. VITÆ.

In hac ade locum, diuino munere, celsum
Promeruit. NVLLI VETERVM PIETATE SECVNDVS.

ITERVM

HIC DECVS, HIC NOSTRAE FAVTOR, ET GLORIA VITAE,
EXTITIT.

ANNALES FRANC. dicti Fuldenses.

Anno DCCCXVIII.

Monasterio Fuldensi Eigil Abbas electus & ordinatus est.

CAN-



CANDIDVS MO-DESTO.



DILECTISSIMO Fratri & Conpresbytero suo Modesto, Candidus, perpetuæ pacis & beatitudins optat in Christo salutem.

De cætero quoque notum facio tuæ Caritati; quod anno præterito domnus Abbas Hrabanus, cum illi querebar, quia non haberem quemquam mecum consociorum, cum quo, in diuina lectione, disputando, & legendo proficere potuissem, tale mihi responsum referebat. Exerce, inquit, temetipsum legendo, & aliquid vtilitatis adde, dictando. Nam dum ego ibidem, vbi nunc ipse moraris, quondam commanerem, librum prosa & versibus in laudem sanctæ Crucis diuina gratia inspirante incepi, atque fidelibus legendum, studioso labore, consummaui. Hac igitur, Frater, licentia fretus, duos libros de vita Æigili Abbatis nostri, dictando & scribendo Dei dono peregi; vnum prosa, alterum verò versibus explicaui. Quos tamen ideo in vnum corpus conligare rogabam, vt in rerum narratione alter alteri subsidia ferret. In quibus nimirum Hluduici serenissimi Augusti clementiam circa nos factam reuerenter expressi, cuius commonitionem atque doctrinam, etsi ita, vt ab eo prolatæ sunt, ad integrum explanare nequiui, beniuolam tamen voluntatem illius. secundum legem Dei & sanctorum dogmata patrum enodare curaui, quatenus per hoc misericordiæ bonum eius memoria, subolumque illius apud nos nostrosque successores, in sancta oratione maneat semper. Hoc igitur opus, dilectissime frater, ad profectum & vtilitatem legentibus, Deo donante, congessi, & tibi famulo Dei consecraui, vt sit in memoriam antiqui Præceptoris tui iugiter apud te. Vale.

Hrabanus excitat suos ad studia.

Exercitia litterarum.

Liber Hrabani de S. Cruce.

Autoris institutũ.

Hluduici Aug commonitio.

** Sobolis.*

Ex eo igitur tempore, quo me venerabilis pater Ægil vitam Baugulphi cari Abbatis nostri iam de ergastulo corporis absoluti intima exhortatione persuasit litteris explicare,

Vita Baugulfi Abb. a Candido conscripta.

ex eo me libuit beniuolentiam studium & grauitatem tanti Patris memoriæ commendare.

Aegil Boico nobili sanguine Fuldam deducitur puer. Monasterium vnde nomen. B. Sturmi Aegilis cognatus.

Hic igitur vir, parentibus ingenuis Norica prouincia ortus, non longè post martyrium beati Bonifacij, translatus est, gratia seruitutis Dei ad Monasterium in silua Bochoniæ constitutum, secus ripam fluminis Fuldæ, ob cuius vicinitatem hoc Monasterium, vsitato nomine Fulda nuncupatur; vbi martyr Christi Bonifacius sacro corpore requiescit; & vir venerabilis Styrmi cognatus eius, de quo loquimur, eo tempore turbam monachorum dignis conuersationibus regere videbatur. Huic nimirum adhuc puerulus Ægil de patria transportatus, honorificè à parentibus præsentatur; quem paterna pietate blanditijs delinitum, scholæ Congregationi; vbi lex diuina iugi exercitatione discitur & docetur cum summa industria, causa litterarum, sociare mandauit. Qui, mox diuina gratia ministrante, intantum proficiebat cotidie, in meditatione scientiarum scripturarum, vt etiam apes esurientes in colligendis floribus imitari videretur.

Aegil à Sturmi scholis adducitur. Schola Fuldensis.

At verò non multis posthæc, euolutis annorum curriculis, confortatus in Dei seruitio, fit monachus, Abbati suo videlicet carus & cunctæ congregationi suauis; memoriam habens iustitię Dei, quam docuit eum Deus à iuuentute sua, vt adnuntiaret mirabilia eius. Hinc etiam processu temporum, diuina dispensatione promotus, ordinatur ab Lullo Episcopo Mogontiacensis Ecclesiæ presbyter, qui post sanctum Bonifacium magnum & electum Dei pontificem eius vrbis Episcopatum tenebat primus.

Aegil fit Monachus.

Ordinatur Presbyter à S. Lullo Mogontiacensi Episcopo.

Interea igitur Styrmi primus Abbas & fundator monasterij Fuldæ, quem sanctus Bonifacius Præceptor eius *Heremitam suum* vocitare solebat, morbo atque senectute lassatus cæpit infirmari; qui etiam non post multo temporum interuallo, senex, & plenus dierum, in pace migrauit de hac luce temporali ad lucem, credimus, sine fine durantem. Cui namque successit Baugolfus Germanicus eiusdem monasterij monachus. Hoc nimirum cessante, Ratgarius eligitur in Patrem, mira concordia Fratrum. Quo iam decedente, ob quandam discordiam, quam seminauerunt inter eum & fratres illius, membra capitis omnium iurgiorum, surrexit statim cura & auxilium circa nos Hluduuici serenissimi Augusti: cuius etiam cor nostra miseria adeo commouerat, vt diceret se tantum doloris nūquam expertum, excepto eo, qui ei acciderat ex morte beatæ memoriæ Karoli genitoris sui Hic igitur misit nuntios suos Aaron & Adalfridum cum socijs ipsorum monachos scilicet Occidentales; qui nos in temptatione temporalis miseriæ consolando subleuarent;

S. Sturmi à S. Bonifacio dici solitus Eremita. Moritur senex. Baugolfus Sturmi successor. Ratgarius sub quo Schisma. A Ludouico pio Aug. sedatum, à quo Aaron & Adalfridus Monachi ex Gallia missi pacificatores.

rent; &, si quæ de regulæ institutis apud nos aut incæpta aut dilapsa fuissent, fraterna dilectione præmonendo corrigerent.

Eramus quidem multo tempore in cœnobio degentes vitam quietam sub eorum magisterio, addito Pręposito, & Decanis ab eisdem constitutis. Postmodum namque congregatio fratrum, inito consilio, cum Aaron & socijs eius, miserunt Adalfridum vnum ex eis virum, vt nobis videbatur benè morigeratum, & cum eo fratres nostros ad Imperatoris clementiam, si fortè dignaretur quid indignis de Abbatis Electione præmonstrare. Quibus sanè clementer susceptis, electionem concessit; &, vt esset eadem Electio secundum regulæ auctoritatem, satis euidenter edocuit, sępe commemorans austeritatem indiscreti Pastoris. Cum autem reuersa esset hæc eadem legatio, & intrasset monasterium Fuldam, congregatis fratribus, Imperatoris mādatum exposuit hoc modo. Fratres, Hluduuicus serenus Augustus, remandauit vobis salutem, Electionem verò, quam petistis, hilari vultu perdonauit. Insuper etiam hoc frequenti admonitione, repetiuit; vt hunc talem, si quis sit, in hoc opus eligatis, qui vobis secundum Deum, & sanctæ regulæ auctoritatem velit esse Pater, & possit. His autem Fratres auditis sermonibus, proni adorauerunt gratias agentes Imperatori. Postea verò, à senioribus persuasum est cunctæ Congregationi, vt hoc negotium precibus altis Dei dispositioni commendare studerent, & inuicē conloquendo, & disputando, semper ad eius referre voluntatē. Hinc tamen interea quæstione suborta, facta est nō modica dissensio, sicut sæpe fieri solet in turba diuersæ voluntatis; quæ tumultuando & fluctuando non valet, nisi vnitati adquiescat, portū capere veritatis. Crescebant namq; inter fratres alternatim sermones, procedebant in publicum verba, sępius in abscondito murmuratio: quidā hunc, quidam verò illum sibi pręesse contendūnt. Quē vna societas appetebat, altera denegabat; & in omnib. his confabulationibus, semper ad exemplum amissi Abbatis austeritas versabatur, quem non tam sua quam adulatorum, & accusatorum subuertebat nequitia. Quidam autem fratrum, de nobili genere Abbatem sibi creare conati sunt, dicentes. Si hunc suscipimus, defendit nos contra Comites & potentiores nobis; quin & Imperatorem nobis sua dignitate propitium facit, scitis quare? quia habet in palatio generositatem. Huius itaque assertioni alius obuiabat, dicendo, quiescite, Fratres, ab hac alta & generosa electione, *quia infirma mundi & contemptibilia elegit Deus*. Infirmitas namq; in Deo innocentia est, ignobilitas autem humilitas: nam innocentia sine Deo, infirmitas ęstimatur, & humilitas non propter Deum, ignobilitas

Emendatores disciplina. *Status Monasterij sub Gallicanis Monachis.* *Per hos Fuldenses sollicitant apud Imp. liberam Abbatis noui Electionem. Impetrant.* *Legati Imperatoris voluntatem exponunt Congregationi.* *Adoratio Augusti absentis.* *Electio pronida & Deo nixa.* *Non sine dissensu varia sentientium.* *Imago discordis Electionis.* *Ratgarij exsulis Abbatis austeritas excusata.* *Nobilis Abbas à nonnullis expetitur i. potens & generosus.* *1 Corinth. c. 1.*

litas iudicatur. Tali etiam, non dico, nobilitati, sed ignobilitati si colla subijcimus, quo nos vertimus, si auersus fuerit à nobis opprimens nos? si ei humiliter suggerimus vt quiescat, fortasse maiori cõmotus iracundia, non quiescit, quia confidentiam habet in propinquis. His quoq; hoc modo altercantibus, alius quidem propius sedens, adfirmabat satius eligendum Patrem doctrina pollẽtem, alius iuuenem, alius mediocrem. E contra verò, alij retractantes dicebant, si doctum & nimis eloquentem promouerimus, & postmodum sanam doctrinam proponens, iracundus & obstinatus contra præceptum veritatis fuerit effectus; quid faciemus? scit enim multiplices syllogismos, & deprimit nos, cum austeritate pauca sibi suppliciter suggerentes, licet iustam habeamus querelam. Aut forte, quod timendum, quin & dolendum est, si eius obstinationi paululum necessario responsum dederimus, ita dixerit. Quare contenditis mecum, cum regula prohibeat vti monachus cum Abbate suo non contendat? & sic cum voluerit, & quotiescumque voluerit necessariam suggestionem dicet esse contẽtionem. ac per hoc fratres omnia tuta timẽtes formidamus & nescimus quo nos vertamus. In multis siquidem rebus conterriti sumus; quia, vt vulgo dicitur homo vstulatus ignem timet. Nonne igitur ista, quæ ꝓtulimus, ita nobis iam fuisse vel deinceps fieri posse, videntur? Nonnulli igitur ex nostris, quos benè fraternitas vestra nouit ex nomine, sub prætextu alicuius vtilitatis ad alia monasteria propter quandam paruissimam responsionem necessariæ dictionis, in exilium transmissi proprio loco priuantur; & quod eo siquidem tempore, dictu & visu miserabile fuit, senes atque decrepiti absq; vlla miseratione ad diuersa loca trahebantur inuiti. Scitis fratres, si hæc ita sint? scimus sine dubio, quia scitis, nec vos horum quicquam latere potest, quorum notitiam longo tempore penes vos habuistis. Sic, & sic, Frater Modeste quæstio suborta versabatur; & sic de huiusmodi personis diuersa sentientes dicebant. Sed nec quidem aberant in hac permutatione verborum, coætaneis consocij hoc modo, licet in angulo, susurrantes. Si te vel te nobis pręficimus, dic nobis, oramus, in veritate, si velis tunc nobis facere benè: putamus sane, quia velis, & facias. Tu enim nosti, cum quali tribulatione corporum, & animarũ periculo, degebamus simul in hoc monasterio sub Abbate litigioso; ac per hoc credimus, quia nostri misereris. Scis enim, vbi ille errabat, & in illam partem non declinabis. Fœdum est enim apud te, vt postmodũ id facias, quod antea in odio habuisti; &, qui alium quõdam in primatu constitutum vituperabas in multis, in eodem primatu postmodum in eisdem reprehensibilis inueniaris. Ac per hoc maximè,

Doctus & eloquens.

Monachus quatenus contendat cum Prælato.

Fuldensi Monasterio quo prætextu exacti monachi.

Sententiarum discrepantium apologismus.

Eligentium aliud genus.

Ingenium exprimit indigne promouentium.

maximè,quia nunc nobiscum detestaris,reprobas rectoris tui & iudicas actiones. Quid dicis ad hæc? fortasse nobis omnia bona pro tua possibilitate promittis; sed cum electus fueris ad hoc magisterium,quod optamus,timebimus nobis, ne quando eueniat vt obliuiscaris fraternitatis & humanitatis tuę,circa nos; *& efficiaris*,vt leo, more * prioris,*in domo tua euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.* Nosti quoq; infirmitaté morum & corporũ nostrorum;nec te quicquã latet secreti nostri; quapropter maximè suspicamur,si alienatus fueris à nobis, vt vngulas nobis detractionis in dorsum ponas, & praua iuuenilium actionum suspicione, nos deridendo confundas. Talis quoq; fuit confabulatio diuersarum mentium: & taliter peruagatio cordium procedebat in publicum. ** Ratgari Abb. Eccli 4.*

Erat igitur eo tempore fratrum nostrorum turba valde confusa; nec vllum adhuc inter fratres simplicitatis apparuit documẽtum. Factum est autem , cum hæc orta dissensio finiretur , extollens vocem pars prima Patrum saniori consilio dixit. Oremus,Fratres, in primis omnipotentis Dei bonitatem,vt secundum voluntatem suã audiat nos deprecantes;&,vt nobis ea concedat postulare,quæ ipse nobis expedire cognoscit, quatenus secundum voluntatem eius orantes,saluari mereamur per eum, *qui omnes homines vult saluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire* Post hanc igitur sanctam & salubrem Patrum doctrinam, expleta oratione, Fratres congregati, consederũt in vnum;quos etiam iterum pars prior seniorum tali locutione roborauit Confidite,inquit,fratres,confidite,*& sit vobis in Deo,cor vnum & anima vna*; nec quisquam vestrum propter amoré Dei & proximi,quid sibi soli vtile sit,sed quod multis,quærat;vt in hac dilectione discipuli Christi nominemur & simus. De cætero quoque , inspirante ac demonstrante spiritu sancto , visum est nobis,si vestræ placuerit voluntati, quod Pater Æigil propter ætatis suæ maturitatem; immo etiam & grauitatem morum suorum, congruentius conueniat in locum ministerij huius,de quo sublatus est ille, qui nobis ante præerat. Quo dicto, statim vniuersa multitudo monachorũ consensit cõsilio eorum &* actu;quamuis pauci, propter constantiam mentis illius de hac conuentione claudicarẽt, timore correpti. Erat.n.constãs & benè cordatus,duri cordis;& indisciplinatis durus,mitib⁹ vero & benè morigeratis,vt in melius proficerent,mitis. Eratq; hilaris facie, lætus mente,discretus in opere, cõsentiens in vtilitate. Accusatorũ nugas, & friuola vaniloquia audire nõ consensit, sciés se inde magis turbari, q̃ iucũdari. Suspicioné prorsus menti suæ quietis amator non permisit dominari: neque angulosis vir simplex delectabatur insidijs. Noxia quæq; vetuit,sed

*Primores Congregationis suadent orationem. Timoth. 1. c. 2. Allocutio Seniorum ad Congregationem. Actor 4. Prærogatiua in Aeigilem. Consensus omnium. * actus. Aeigil homo constans & cordatus. Aeigilis Virtutum Elogium.*

maximè furum commiſſa perſequebatur, & aperta mala reorum, conſtanter agendo damnabat.

Aegil precibus ſuorũ ad capeſſendum regimen ſollicitatur.

Recuſans, ſpe muneris ſubleuandi piè a ſuis erigitur.

Poſtquam verò, vt dictum eſt, iuniores ſuper Abbatis electione cum ſeniorib⁹ concordati fuerant, rogabatur Æigil à fratribus maniſeſtè, vt regimen & curã illius Monaſterij ſuſcepiſſet, ſibi ad præmiũ, fratribus verò ad exemplũ, vtriſq; autem, in commune, diuina gratia præueniẽte, atq; ſubſequente, ad perpetuã ſanitatẽ: quo nimirum multimoda narratione, reluctante, cõſolabatur eum blãdis ſermonibus, concordia fratrum Noli, inquit, timere Pater, quia parati ſumus faſcẽ hui⁹ laboris tecũ ſponte ſufferre; & nõ dimittim⁹ te ſub tanto pondere ſudaſſe ſolum ; maximè, ſi nobis modo in hac neceſſitate, ſpontanea voluntate, ſuccurris.

Aegil cur detrectarit honorem.

Vix igitur precibus fratrum ſuperatus ſuſcepit ſaltim cũ magno timore impoſiti ſibi regiminis curam, maniſeſtè pronuntians, quia fugam tanti laboris pro humana laude non fecerit ; ſed quia ſenectutis & infirmitatis ſuæ causâ, tam difficilem & arduam rem declinare curaſſet. Non multis igitur poſthæc euolutis diebus Pater iſte nouiter conſtitutus, & Aaron Presbyter primus ex Monachis Occidentalibus, turba fratrum comitante , Imperatorem adierunt. Quibus ſanè miſericorditer ſalutatis, his ſermonib⁹ adlocutus eſt eos. Vos igitur Patres, Fratres, & dilectiſſimi Flij mei , ſcitis; ſcio & ego, nouit etiam pænè totum regnum meum, quanta pericula vos circumſteterunt ex tempore beatæ memoriæ Karoli genitoris mei, vſq; huc; ſed quia nunc, diuinâ miſeratione ſaluati eſtis, erigite corda veſtra in Dño, mœſtumq; metum huius tempeſtatis, & diras mentium veſtrarum ſecludite curas. Conuerſationẽ veſtrã ſecundum Dei timorem, & ſanctæ regulæ auctoritatem componite; vt in ea permanentes hæredes ſitis regni Dei. Si enim ſuſcepiſtis minimam inchoationis regulam, & in ea confidentiam habuiſtis iuxta promiſſum beati viri Dei Benedicti, vitam perpetuam vos adipiſci, quare neglexiſtis tantum bonum dimittẽtes propter vnius conſerui obſtinationem, locum veſtrum & legem? quis vos faſcinauit in tantum veritati non obedire? Putabat enim quandoque Pater meus nuperrimè nominatus, arbitrabar & ipſe in imperio natus, ſi legem veſtram atque inſtitutum vobis infringere voluiſſem, quod abſit, mihi adſenſum minime dediſſetis. nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis. Turpe eſt propter vnius minas, legem veritatis & locum ſanctum tam facilè dimittere, cum plurimi ſanctorum pro lege Dei ſui certarint vſq; ad mortẽ, & à verbis iniquorum non timuerint. Quare hoc fecerũt? quia fundati erãt ſup Chriſtum firmiſſimã petrã. Vos igitur fratres, habetis notitiã diuinarũ ſcriptu-

Aaron Primarius Monachus cum Aegile & alijs Imp Ludouicũ adit.

Ludouici Pij ad Fuld. Monachos allocutio.

Ludouici Aug. iudicium de vita & regula S. Benedicti.

ſcripturarũ, habetis præcedentium exempla ſanctorũ Patrũ; tenetis prætereà regulã vobis ſpecialiter inſtitutã; in quibus ſine dubio vosipſos quaſi in quodam ſpeculo cõſiderare poteſtis, quales ſitis, & quo tẽdatis. *Quæcunq; enim*, ait Apoſtolus Paulus, *ſcripta ſunt ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt, vt per patientiã & conſolationẽ ſcripturarum, ſpem habeamus.* Nam prima legis in monte Sinai ordinatio, hæc ad Moyſen data eſt. Diliges, inquit, Dñm Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua, & ex tota anima tua: ſecũdo; proximũ tuum ſicut teipſum. Vacat enim dilectio Dei, niſi ſubiungatur & ꝓximi. Plenum ergo præceptũ eſt veritatis, vt maneat in ſenſu, indiuidua regula caritatis: Cura ergo diſciplinæ Monachorũ pfecta dilectio eſt, hæc vinculũ caritatis & pacis exhortatur, ſine auaritia. Igitur in dilectione ſincera modus ſufficiẽs eſt præſentibus; & qui inuicẽ diligũt. Filii regni vocãtur perfectè inuicem diligentes. Ipſi ſunt qui manducant panem in regno Dei; ſine macula viuunt, & alienæ ruga diſcordiæ. Studete igitur Fratres complacere Deo, conuerſationem ſpiritalem habentes, diuina mandata eius conſeruantes. Cum ſapiẽtia Legis præcepta in tenebris cordium veſtrorum ſint, ne quidem amplius aliquid ſapiatis, præter id quod ſimplicitas affirmat ſcripturarum Dei: multi enim aliter de Deo ſentientes exciderunt à dilectione Dei & proximorũ ſuorum. Diſſenſiones, ſi quas habetis inter vos, proijcite ab inuicẽ, ſciẽtes, *Deum non eſſe ſeditionis *ſed pacis.* Ignoſcite inuicem, & dimittãt ſinguli iuxta præceptũ Euangelij debita fratribus ſuis, & triſtitias ac ſimultates, & ſi quid eſt iurgij à choro Sanctorum abigatur. Liberate corda veſtra timore Dei, vt, fugato mẽdacio, dominetur veritas, & ceſſantibus bellis pacis trãquillitas redeat; vt in ea ambulare poſſitis coram Deo & hominib⁹. Omnes æqualiter, moneo, diligatis in Chriſto, vt ſeruiatis Deo & cõcordiæ, & non cõcupiſcentijs varijs oculorũ veſtrorũ, & tumentis ſcientiæ fraudulẽtijs, carniſq; vitijs, è quibus oriũtur Schiſmata, contemptus Legis Dei, cõtentio, malæ cogitationes, quæ igne iracũdiæ bullientes quaſi aqua erũpunt foras, & diſpumant in corporis voluptatibus. Propter peccata ſiquidem homines famem, peſtilentiã, mortalitatẽ, beſtias perpeſſos eſſe Sapientiæ liber manifeſtè ꝓclamat; quibus nimirum incommodis ab initio mũdi vſq; nunc humanũ genus deſudaſſe dinoſcitur, & maximè nunc; *quia*, vt Apoſtolus ait, *inſtant tempora periculoſa, & ſunt homines ſeipſos amantes, & coaceruantes ſibi magiſtros ſecundum deſideria cordis eorum.* Quod nefas non mediocriter in quibuſdã Monaſterijs neq; latẽter, ſed patienter, & infeliciter regnare videtur, cũ quilibet potẽtiores in congregatione, pſonas ſibi conſen-

Rom. 15. *Deuterõ 6.* *Dilectionẽ & Concordiam Impr. commẽdat.* **diſſenſionũ. 1 Corinth. c. 14.* *2 ad Tim. c. 4.* *Monaſteriorum corruptela.*

Ambitionis mala. sentientes præsumptiosâ cõtentione Abbates ordinare conantur, quatenus illis dominantibus ipsi pariter oĩm dominẽtur, cunctaq; Monasterij ministeria eorũ tantummodo qualecũq; sit cõsilio disponãtur. Ex his nimirũ nascũtur prçsumptiones in socios, indignationes, iudicia iniusta, cõsilia mala, accusationes cæcæ, susurrationes, & cętera mala, quæ monasticæ vitæ ꝓbantur inepta. Hinc quoque prorũpunt animositates, cõtradictiones, inimicitiæ, murmurationes assiduę, & cętera noxia, quib⁹ irretiti periculo subiacebũt. Sed his ita vbicũq; sint manifestatis, currendũ est, & agendũ omnibus in Christo fidelib⁹, vt zelo iustitiæ corripiãtur auctores dissensionis; & tollãtur de medio fratrũ, qui eam operãtur, secundum Apostoli præceptum dicentis: *Auferte malũ ex vobis ipsis*, donec digna satisfactione ab huiuscemodi morbo sanentur. *1. Corint c 5* Hæc igitur omnia, Fratres mei dilectissimi, vobis ad cautelam & salutem animarum vestrarum, prout potui, diligenter explicare curaui. Idcirco etiam Fratres, estote prudentes, & in hac electione vestra, mentis intuitu vigilate, vt sit secundum Dñm, & sanctæ regulæ institutioné: Quia si quis, vt ait Cassianus, regularibus institutis sub seniore nõ fuerit eruditus, nunquã poterit vllo modo fratrum congregationé præcedere; quia quid minoribus obtẽperaturis imperare oporteat, obediendo non didicit; nec quid minoribus tradere debeat, seniorum prius adsecutus est institutis. *Officium eorum qui præsunt alijs.* Nunquam poterit salutaria præcepta audientibus discipulis dare, nisi qui prius vniuersis virtutum disciplinis fuerit eruditus: Nam alios benè regere, summum donum & gratiam Spiritus sancti, verissimè Patres nostri dixerũt. Prçterea verò, singula hæc mala sunt, vt beatus Papa Gregorius in libro Pastorali, cõmemorat, quæ à subditis sæpè in Prælatos, sæpè à Prælatis in subditos committũtur; *Lib 25. Moral. cap 21.* quia & oẽs subditos hi qui præsunt, minus quã ipsimet * sapientes arbitrantur: & rursum, qui subiecti sunt, Rectorum suorum actiones iudicant; &, si ipsos regimen tenere * contingeret, se potuisse agere melius putant, vnde plerumq; fit, vt & Rectores minus prudẽter ea, quæ agẽda sunt videãt; quia eorũ oculos ipsa nebula elationis obscurat; & nonnunquam is, qui subiectus est, hoc, cum Prælatus fuerit, faciat, quod dudum fieri subiectus arguebat; & pro eo, quod illa, quæ iudicauerat, perpetrat, saltim quia iudicauit, erubescat. **ipsi sunt Rectorum & subditorum præpostera iudicia. *habere* Sed neq; hoc prætereo, q; idem Papa in eodem libro commemorans, ait, de inani timore quorundam Prælatorũ. Sæpè, inquit, nouimus, quod plerumq; qui præsunt inordinatũ sibi metum à subditis exigũt; & non tam ꝓpter Dñm quam pro Domino venerari volunt; intus enim se tumore cordis extollunt, & cunctos subditos in sui comparatione despiciunt; *Prælatorũ timor inanis & tumor. lib 25 moral. c. 29.*

ciunt; nec condescendendo, consulunt, sed dominando præsumunt: * qui * videlicet alta cogitatione se erigunt, & æquales se illis, quibus eos præesse contigit, non agnoscunt. Contra hunc tumorem, per Ecclesiasticum librum dicitur. *Ducem te constituerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi vnus ex illis.* Hunc tumorem per Prophetam Dominus in Pastoribus increpans, ait. *Vos autem imperabatis eis cum austeritate & potentia.* Quia ergò vnusquisque Rector, quoties extollitur, in eo quod ceteros regit, toties per lapsum superbiæ à summi Rectoris seruitio separatur; & cum æquales sibi subditos despicit, eius super se Dominium, sub quo omnes æquales sunt, non agnoscit. Hi tales, fratres mei, dum à consentaneis non tam prodesse quam congregationi præesse coguntur, simulata impossibilitate, repugnant; & tamen ad hoc Magisteriũ ad quod quasi trahũtur inuiti ne non perueniãt, timent, & cum fortè peruenerint, quanta hoc prius ambitione mẽtis amauerint, postmodum diuersis speciebus informant Cumque hæc, & alia multa, beniuola voluntas Imperatoris in commune fratribus obtulisset, ait. Producite Patrem, quem vobis elegistis, vt videam, & sciam quis sit. Quo dicto, statim cum festinatione Pater Æigil præsentabatur eius obtutibus, vir scilicet & maturæ ætatis, & grauis aspectu; quem intuens Imperator, inquit. Istene est ille frater, quem sibi tota concors Congregatio, secundũ Dei timorem, & sanctæ regulę auctoritatem, vno ore probat ac postulat? Inquiũt, Iste: Istum, inquit, nunc vobis committo Fratres, secundum Dei timorẽ, & sanctę regulę auctoritatẽ, vt sit vobis Pater, Pastor & Frater, iuxta Monasteriũ beati Benedicti, qui hanc eandẽ regulã monachorum, spiritu sancto repletus, cũ magna discretione cõscripsit; suisq; secum seruandã mandauit alumnis. Vos autem Filij, hunc senem Patrẽ vestrũ sanctis cõuersationib⁹ vestris honorate, sincero amore diligite; obedientiã verò nõ solum illi, verũ etiam ad omne op⁹ bonum certatim vobis inuicẽ exhibere, curate. Tu verò, Pater mi, iuniores tuos, cũ omni studio & sagacitate secundũ Dei voluntatem seruare cõtende; quaten⁹, in hac sancta cõcordia pseuerantes, ad eum peruenire mereamini, qui ad hoc solummodo descendit de cælo, vt mundum Deo Patri pacificaret per ipsum. Vobis igitur scientibus legem Dei loquor, de qua nihil aliud hortor, nisi vt legatis, & iuxta possibilitatem, quam Dominus donauerit, verba vertatis in opera. Immẽsa verò ædificia Pater, & opera non necessaria, quibus familiæ foris, & intus fratrũ congregatio fatigatur, ex hinc penitus ad mensurã dimitte. Et memento, quam sæpè huius nimietatis querimonia Genitoris mei ac nostras aures inquietabat.

** premunt*
** quia*
Cap. 32.
Ezech. 34.
interuallo omissis multis.
Luduic. Imp iubet sibi sisti Electum Abbatem Aegilem.
Electionis conditio.
Praconium Regula S. Benedicti.
Luduici Imp ad Aegilem apostrophe.
Fabrica & ædificiorũ modestiam praescribit.

tabat.

tabat. Ad hoc enim me, licet minus idoneum, tamen diuina potentia in hoc subrogauit imperium; *vt essem oculus cæco, & pes claudo, pater essem pauperum, & causam quam nescirem diligentissime inuestigarem*; ac per hoc, huius religionis non possum vtilitatem non loqui. Ioannes verò ille Chrysostomus, de his, qui Martyria ædificant, & Ecclesias ornant, eleganter commemorans, ait. Ecce enim, inquit, qui Martyria ædificant, Ecclesias ornant, bonum opus facere videntur: sed & si quidem & aliam iustitiam Dei custodiunt, si de bonis eorum pauperes gaudēt; si aliorum bona, per violentiam non faciunt sua, scito quia ad gloriam Dei ædificant. Si autem alias iustitias Dei non seruant; si de bonis eorum pauperes non gaudent; si aliorum bona faciunt sua; aut per violentiam, aut per fraudem: quis tam insensatus est, vt non intelligat, quia non ad gloriam Dei faciunt ædificia illa, sed propter æstimationem humanam? & iustè ædificant Martyria, vbi pauperes violentiam passi ab eis interpellent contra eos. Non enim gaudent Martyres, quando ex illis pecunijs honorantur, in quibus pauperes plorant. Qualis est illa iustitia, munerare mortuos, & spoliare viuentes? de sanguine miserorum tollere, & Deo offerre? illud non est Domino offerre, sed velle violentiæ suæ socium facere Deum; vt si obligatam sibi pecuniam de peccato libenter acciperet, consentiat in peccato. Vis domum Dei ædificare? da fidelibus pauperibus vnde viuant; & ædificasti rationabilem domum Dei. In ædificijs enim homines habitant; Deus autem in hominibus sanctis; quales ergò illi sunt, qui homines spoliant, & ædificia Martyrum faciunt? Habitationes hominum componunt, & habitationes Dei disturbant? Substantiam verò, mi Pater, monasterij tibi commissam, caueto ne audaci iudicio imprudenter effundas; nec aliquid iniustè iubeas, aut constituas quasi liberam habeas potestatem.

Imperatoris verè Christiani munus. Iob. 29. Homil. 45. in cap. 23. Matthæi. Martyriorum & templorum exstructiones iniquæ, & ex alieno. Prodigam œconomiā vetat Imp. Ludouic.

Hieronymus quoque te docet, scribens ad Paulinum, ne pauperum Christi res effundas. Quæ vtilitas est, inquit, parietes fulgere gemmis, & Christum in pauperum fame mori? Iam non sunt tua, quæ possides: dispensatio tibi credita est. Memento Ananiæ & Saphirę. Illi sua timidè seruauerunt, tu, considera, ne Christi substantiam inprudenter effundas, id est ne immoderato iudicio rem pauperum tribuas non pauperibus; & secundum dictum prudentissimi viri, Liberalitate Liberalitas pereat. Multi enim Monachorū iuxta cuiusdam Patris sententiam, sæcularibus actibus & forensibus negotijs inuoluti, dum propinquitati prodesse cupiunt, suas animas perdiderunt.

Hinc igitur summopere cauendum tibi est, ne immoderato, immo ve-

mo verò, audaci iudicio rem pauperum tribuas non pauperibus; eleemosynas videlicet laicorum fideliũ, quas pro salute animæ ipsorum, ad pauperes Christi nutriendos, Domno contulerunt. Sed nec quidẽ subiectis tibi consentias, vt res pauperib. Christi conlatas, cognatis & amicis; siue etiam q̃ peius est, seditiosis audeãt procaciter exhibere; quia vt scriptum est, *non solum qui faciant mala, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt pœna.* Regulã verò, vir Dei Benedictus luculento sermone conscripsit: in qua nihil doctrinæ latentis, nihil obscuritatis comprehendit: quapropter non indiget expositione, sed ammonitione. Hæc est enim angusta porta, & arcta via, quæ sequentes se ducit ad Deum. Hęc sanè, intantum discretionẽ, mensuram, & caritatẽ te docet habere, vt etiã cum caritate hortatus, præualeas ipsa vitia resecare, agere cuncta ꝓpter pusillanimes mensurate, discretionem. s. Iacob cogitare; & semper in his omnib. fragilitatem tuam tibimetipsi ad memoriam reuocare. Sed timeo, ne sicut serpens seduxit Euam, astutia sua in deliciis paradisi Dei commanẽtem; Ita p adulatores & accusatores, vasa scilicet intellegibilis serpentis corrumpatur sensus tuus, q̃ absit, & abijciaris cum animalibus tibi subiectis in locum miseriæ & calamitatis. Quemadmodum igitur in hoc mundo periculosissimo viuimus quasi in pelago, vbi nunquam * est minus tempestas, & si tempestas interdum non fuerit, tamen semper timor tempestatis, sic & in hoc mundo viuentibus nunquam est minus temptatio, & si temptatio interdum facta non fuerit, tamen timor temptationis est semper. Ideo rogemus diuinam clementiam quatenus nobis conferat auxilium gratiæ suæ, vt non vincamur à malo, sed ipsi malum omne vincamus.

Facultates Monasterij non erogan de propinquis & non pauperibus.

Rom 1.

S Benedicti regula mirò ab Imp. iterum laudatur.

Adulatores suadet fugiendos.

** non*

Hæc ita commemorans beniuola Imperatoris voluntas, commẽdabat se precibus fratrum, & sic dimisit eos ire in pace. Egressus autem de palatio cum socijs Pater Æigil per Mogontiam fecit iter, qui cum peruenisset ad vrbem, susceptus est honorificè ab Heistolfo eiusdem vrbis Archiepiscopo; &, facta oratione, consederũt. Postea verò Præsul ciuitatis sic prior incipiẽs ait. Nos, Pater, in primis laudemus domnum Deum nostrum, & gratias illi vberes agamus, qui nos sua benignitate conduxit in vnum; ac mutua conlocutione iucundos esse, concessit. De cetero quoq;, Pater, dilectam familiaritatem tuam cõmonere curabo, vt in hoc suscepto regimine, vitam tuam atq; doctrinam ita componas, vt tibi atq; omnibus, qui tuo subdũtur imperio, ad æternam proficiat sanitatem. Talẽ te filijs tuis patrem exhibere contende, qualem tibi & fratribus tuis tecum paulo ante fieri postulabas; cuius petitionis & optionis exemplar à vobis hoc modo dictatum, ac scriptum Karolo præsignabatur Augusto.

Aegil à Palatio reuersus Moguntia excipitur ab Heistolfo Archiepiscopo. Heistolfi ad Aegilem paranesis.

Supplicis libelli exemplar à Monachis Fuld. M. Carolo oblati. Abbatis boni dotes.

gusto. Hoc igitur clemētiſſime Imperator, q̃ maximè nobis neceſſarium eſſe iudicauimus, præ omnibus optabamus: id eſt vnitatē & concordiam cum Abbate noſtro habere, ſicut cum anterioribus noſtris Abbatibus habuimus: & miſericordiam, & familiaritatem, pietatem & modeſtiam in illo ſentire; &, vt etiam benignus infirmis, propitius delinquentibus, affabilis fratribus, mœſtorũ conſolator, laborantium adiutor, beniuolorũ auxiliator, benè certantiũ hortator, laſſorũ refocillator, cedentiũ ſuſtentator, cadentiũ reſtaurator, Omnes fratres amaret, nullũ odiret, & nullũ zeli velliuoris dolo perſequeretur: ſiretq; non turbulētus vultu, nō anxius animo, non nimius in iudicio, nō obſtinatus in cōſilio; ſed hilaris facie, lætus mente, diſcretus in opere, conſentiens in vtilitate; & quando aliquis de fratribus præoccupatus fuerit in aliquo delicto, non ſtatim tyrannica vindicta illũ excruciaret; ſed miſericordi diſciplina corrigere feſtinaret; conuerſumq; clemēter ſuſciperet, nec praua ſuſpicione denuo illũ fatigaret, neq; perpetuo odio exterminaret. Quid enim, Pater alti⁹, vel manifeſti⁹ de huiuſmodi pſona poterit explicari? en igitur, clarũ eſt, qualē tibi patrem prius fieri voluiſti, talis eſto nūc fratribus tuis; & habebis laudem ex Deo & hominib⁹

Heiſtolfi Archiepiſc. hoſpitalitas.

bonæ voluntatis. Cumq; autem hæc & alia moneret, p̃cepit miniſtris, vt refectionē dignius ꝓpter hoſpites more ſolito præpararēt; ipſe verò laudes Deo interea referēdas ad Eccleſiam repedabat. Poſtea quoq; Abbatē cum ſuo comitatu, honorificè ſuſcepit in domũ; & menſa repoſita, cum gratiarũ actione ſumpſerunt pariter cibũ.

Lectio ſuper menſa Heiſtolfi Collocutio pia.

Lectio planè legebatur ad menſam ſecundũ diſpoſitionem Sacerdotis; vt cibo ſcilicet corporali cibus ſubueniret ſpiritalis; qua nimirum finita, orta eſt inter eos conlocutio ſpiritalis; & vtilitas Eccleſiarum Dei multifaria narratione diſputabatur apud eos.

**Archiep.*

Erat enim vterque lætus in Deo; gaudebat quidem Speculator, * quod Chriſtum ſuſcipere meruiſſet in hoſpitē: Pater vero lætabatur, quod in miniſtro Chriſti vera Chriſti ſuſceptio claruiſſet.

Benedictio Epiſcopalis

Poſtquam verò ſe diuerſis vtilitatibus mutuo roboraſsēt, petitâ licentiâ Pater Æigil à Pontifice benedictus, ꝓfectus eſt Fuldam: quo nimirum venienti obuiam ei fuerunt Monachi ſui: qui eum honore condigno ſuſcipientes, ad orationem duxerunt.

Gratulatio Monachorum in reditu Aeigilis. Reuerentia & Oſculi ritus. Pſal 132.

Expleta namque oratione, in Oratorio proſtrati ſolo, ſalutauerunt Abbatem; quibus clementer, & humiliter reſalutatis, oſculabatur eos pacificè, cantans pariter cum illis more Patrum, canticum Dauid hoc modo. *Ecce quam bonum & iucundum habitare fratres in vnum.* Et facta eſt lætitia magna, in Eccleſia ibidem in nomine Domini congregata. Non multo igitur poſthæc temporis interuallo cœpit

pſit hic venerabilis vir, magno Dei cultus amore Eccleſiæ mundare loca; pauimenta rẽfundi conſtituit; altaria nihilominus locis congruis fieri demandauit in ſummo lapidibus cooperta politis. In eadẽ verò Eccleſia duas cryptas magnifico opere conlocauit; vnam quæ reſpicit Solis ortum; alterã, quæ Solis occasũ intendit.

Eccleſia fabricam Aegil ordiεur. Crypta duæ

Cumq; hęc, & alia multa diuerſarum ſpecierum ornamenta in templo Dei collocaſſet, accepto fratrum conſilio, miſit epiſtolam ad Heiſtolfum Archiepiſcopum, vt dignaretur venire ad dedicandam Eccleſiã in laudem Dei Omnipotentis conſtructã, quatenus p hæc piæ operationis officia, vtriſq; à Deo merces maneret in futuro, ac benigna memoria ſanctæ orationis apud hoẽs frequentaretur in mundo.

Heiſtolfus Archiepiſ. inuitatur ad baſilicã dedicandã.

Venit igitur Archiepiſcopus iuxta petitionem Abbatis tempore ſibi condicto. Venerunt nihilominus alij quam plurimi Epiſcopi, Abbates, Presbyteri, Comites, ab Abbate Monaſterij honorificè inuitati. Inſup etiam, fama vocãte, vulgus ordinis inferioris ad templi huius dedicationem, è diuerſo veniens, cõfluxit in vnum.

Heiſtolfi & aliorum Epiſcoporũ & Abbatũ & c aduentus.

Interea quoq; venerat alma dies dedicationis inluſtrata Solis perpetui luce coruſca. Proceſſit Pontifex cum omni ornatu Eccleſię; & dedicauit templum in Monaſterio Fuldæ conſtructum in honorem ſancti Saluatoris, Dei videlicet & Domni noſtri Ieſu Chriſti.

Dedicationis adparatus & ritus.

Et translatũ eſt corpus Martyris Chriſti Bonifacij in locũ, quem præparauerat ei Pater Æigil, vnà cum fratribus ſuis, ſicut in ſequenti libro manifeſtiſſimè continetur.

S Bonifacij tranſlatio.

In dedicatione verò templi, populus Dei decantabat Deo laudem; & in ore eorum dulcis reſonabat ſonus. Et erat iucunditas magna in Eccleſia Dei, in eius nomine congregata. Cumque igitur opus Dei perficeretur, Præſul inuitabatur ad menſam, vt refectus cibo ſpiritali, propter infirmitatem corporis reficeretur & carnali. Erat enim ibi ad menſam recitata lectio legis Dei; & interdum intermixta quæſtio lectionis; quâ ſanè perlectã, oriebatur inter eos, ſicut erant graues animoque inſignes, confabulatio ſpiritalis; & diuerſæ vtilitates Eccleſiarum Dei multipliciter apud eos agebantur.

Menſa, lectio, interlocutio.

Poſt refectionem verò ſurgentes à menſa dixerunt verſum; atque hinc veſpertinis laudibus celebratis, & completorio finito, ſomno capti quieuerunt: Altera quoq; die, duas Eccleſiæ cryptas Humbertus Corepiſcopus iuſſu Archiepiſcopi ſui Heiſtolfi cõſecrauit, atq; omne opus ipſius diei, diuina ſibi auctoritate commiſſa cum ſumma reuerentia timoris Dei reuerenter expleuit.

Humbertus Corepiſcop dedicat cryptas

Cuius nimirum dedicationis diem, tempus, numerum, & annum, ſimul etiam & Sanctorum nomina, quorum reliquiæ ibidem plantatæ ſunt, diſciplinabiliter litteris inſerẽdo, Hrabanus Magiſter memorię comendauit.

Dedicationis memoria à Hrabano literis mandata. Conſule Antiq. Fuld. lib 2. c. 3.

dauit. Hac igitur sancta & salutifera solemnitate peractâ, reuersus est Pontifex, & omnis populus gaudens in tabernacula sua. Pater namque Monasterij dehinc sedulus, addiscens communis vitæ gaudia, cum consilio & fratrum consensu, Ecclesiam paruam ædificauit rotundam, vbi defuncta corpora fratrum sepulturæ tradita requiescunt, quam Cimiterium vocant, quod græce dicitur Κοιμητήριον, latinè verò dormitorium interpretatur. Cuius etiam ædificij structura subtus terram, vbi peruium circuit antrum ab vna columna lapidea in medio posita, arcubus hinc & inde in eandem compaginatis, valenter exsurgit: suprà verò octonis subrigitur columnis; atque in summitate operis lapide concluditur vno. Hoc siquidem ædificium, Pater iste venerandus ac supra commemoratus Magister cum socijs, nescio quid magni fingentes, diuino Magisterio docti, quod tamen ipse, salua fide, Christi & Ecclesiæ, puto præsignari posse figuram. Paulus namque Apostolus, qui & ipse vas electionis a Domino appellatur, de Ecclesia Christi ex lapidibus viuis hoc est sanctis hominibus compaginata, quod sit habitaculum Dei, suis auditoribus manifestè pronũtians, ait. *Templum enim Dei sanctum est quod estis vos*, cuius tecturæ Princeps & conditor est Christus Iesus, fundamentum scilicet columnaque manens, semper inmobilis perpetuæ maiestatis virtute; in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. Quid verò significet hoc, quod in summo vno lapide istius ædificij perfectio consummatur, idem doctor insinuat; qui nos intenta mente docet orare, *vt ille, qui cæpit in nobis opus bonum perficiat vsque in diem Christi Iesu*, quatenus cuncta operatio nostra à Deo semper incipiat & per eum cæpta finiatur. Octo igitur columnę in hoc templo domni stantes octo beatitudinibus, quas ipse Domnus in Euangelio comprehendit, conuenienter coaptantur; vt quique quater bina hæc dicta Iesu complentes, in hac Ecclesia Christi sustentacula mereantur haberi. Circulus verò Ecclesiæ, qui nullo fine terminatur, interius habens compendia vitæ, id est diuina Sacramenta, regnum perpetuæ maiestatis, & spem vitæ æternæ, ac præmia mansura, quibus iusti merito coronantur in æuum, non incongruè significare videtur. Hoc igitur templum, quod iste vir venerandus cum magno pietatis amore construxit, Heistolfus Mogontiacensis Ecclesiæ Præsul Thuringea rura transiens, dedicauit in honorem Domni nostri Iesu Christi & sancti Michaelis Archangeli Christi, & reliquorum. Cuius dedicationis nihilominus diem, numerum, tempus, & annum, pariterque Sanctorum nomina, quorum reliquiæ ibidem conditæ sunt, idem Magister qui suprà, versibus,

Templi rotundi iam S. Michaelis & Cæmeterij structura.

Forma templi symbolica.

Symbolic interpretatio.

1 Cor c 3.

Columna fundamentalis.

Vnus prætecto lapis.

Philip c. 1.

Octo columnæ.

Circulus.

Heistolfus dedicat & hoc Cæmeterij templum.

Thuringea rura obiēs, anno 812.

Antiq Fuld lib 2. cap. 5.

bus, & prosa eleganter expressit, sicut sequens volumen diligenter legentibus, satis euidenter ostendit.

Postquam verò hæc, quæ ad cultum diuini operis pertinebant, hoc modo peragebantur, hic idem venerandus vir, licet iam senio morboque tricatus lassasset: tamen claustrum Monasterij ex nouo *Monasterium extruere incipit Aegil.* construere cogitauit. Vocantur ad consilium Fratres. Quæsitum est in quo loco ędificatio claustri cōgruentius potuisset aptari; quidam dederunt consilium, contra partem meridianā Basilicæ, iuxta *Locus exquiritur.* morem prioris: quidam autem, Romano more contra plagam Occidentalem, satius poni confirmant, propter vicinitatē Martyris, qui in ea basilicæ parte quiescit: quorum consilio adsensum præbuere priores: concordabat nihilominꝰ & reliqua pars fratrū. Quibus verò ita in vnum coadunatis, tendebatur statim mensura laboris; effossaq; terrâ, operiş magistri consequenter fundamenta ponebant. Erat enim in hoc opere & non solum in hoc, verum etiam *Vnanimes Abbas Aegil & congregatio.* in omnibus vtilitatibus Monasterij par cura, voluntas, ac studium fratribus & Abbati. Audiebat enim libenter consilium fratrum, & eorum conlocutionibus sæpissimè fruebatur. Sciebat enim scriptum. *Omnia fac cum consilio*: atque ideo non se sublimiorē nec *Prouer. 13.* prudentiorem ceteris æstimabat; neq; etiam inani tumore tractabat, se consolatione alterius non egere: attamē, si quandoq; minus prudens, in aliquibus errabat, hoc magis aliorum minus prudentiū introductione, quam propria inuentione concępit. Diligebat ergo *Aegilis virtutes præclara.* fratres suos, sicut sancta regula docet; & maximè illos, quos in Dei seruitio atq; diuina lectione studiosos esse cognouit. Inter quos sa- *Dilexit fratres & in ijs Candidum.* nè meipsum quamuis indignum, & vltimum seruorū Dei seruum, tamen pio Patris affectu in suam familiaritatē & gaudium introire concessit. Disputationem quoq; sæpius cum Hrabano magistro qui *Hrabano familiaris quo cum differebat.* ei erat speciali familiaritate connexus, excæpit. Et frequenter in disputando, ad hoc solumodo nos cū ipso in eius præsentia cōcitauit, vt secundū sententiā Salomonis, *audiens sapiens sapientior efficeretur*. *Prouerb. 1.* Omni quoque industria & sagacitate laborabat, vt gregem sibi commissum, diuinâ opitulante gratiâ, in Dei seruitio custodiret. Nullum zeli vel liuoris dolo persequebatur; nec quemquam *Sub Aegile felix Monasterij status.* praua suspicione fatigabat; neq; perpetuo exterminabat odio. Fuit quippe in diebus eius fratribus pax, cor vnū, & anima vna in Deo; nec erat qui perturbaret Monasteriū in tam delectabili concordia roboratū. Obedientiæ bonum non solum Abbati, sed & sibi inuicē *Obedientia mutua* cum summa reuerētia exhibere gaudebāt, scientes se p hanc obedientię viā ituros ad Deū. Adeò enim hic venerabilis vir sospes & alacer in hoc suscepto regimine, vsq; ad finē vitæ suæ pdurabat, vt nū-

pro persecutoribus suis veraciter exorasse. Hinc igitur, Frater Modeste, secundum Apostoli commonitionem, *humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore tribulationis; omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum; quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit querens, quem deuoret*, cuius nequissimæ voluntati vos resistere concedat auxilium Dei, sine quo nihil potest humana fragilitas boni. Non enim lectori supradictæ inquietudinis tam crebra mentio, calumnia videatur, dum Petro principi Apostolorum nihil obesse dinoscitur culpa trinæ negationis, sæpius in Ecclesia recitata, quam diuina visitatione compunctus, amarissimis lacrymis aboleuit. Quod ideo illi euenire non dubium est, vt sciret se confidentiam non habere in homine, sed in eo, de quo Psalmista dicebat, *Bonum est sperare in Domino quam sperare in principibus*; &, vt in sua disceret culpa, qualiter postmodum in regimine positus, alijs misereri debuisset. Paulus quoque Apostolus in membris Christi, Christi extitit persecutor; &, qui quondam fuerat magister erroris, diuina voce correptus, factus est discipulus veritatis. Loth igitur vxor, cum incendia fugeret Sodomorum, versa est in statuam salis, ad condimentum scilicet fidelium; quia punitio rei, eruditio est iusti. Sed & arbori siquidem infructuosæ, plerumque stercora circumfusa, prodesse noscuntur, hoc homini, videlicet circa mandata Dei negligẽter agenti cõmemoratio peccatorum suorum ad æternam plerumque proficit sanitatem; dum per hoc, diuina miseratione compunctus reuiuiscit, & producit ex se bonorum operum fructus, in odorem suauissimum Domno Deo. Hæc namq; ideo testimonia diuinæ lectionis in hoc libro, Frater Modeste, notaui, vt non sit spes sibi quisq;, sed ponat in Deo spem suam; &, *qui se existimet stare, videat ne cadat*; &, qui lapsus per superbiam cadat, diuina lectione correptus, studeat cum Dei auxilio resurgere per humilitatem; &, vt omnis peccator in Ecclesia constitutus, cum fide recta per humilem confessionem veramque pænitentiam, à Deo veniam speret.

1. Pet. c. 5.

Excusatio super actis Ratgarij repetitis.

Iusti cadunt, vt lapsis ex suo casu consulant. Petrus

Psal. 117.

Paulus.

Vxor Loth.

1. Corinth. c. 10.

Cum autem, vt supra commemoraui, ædificium claustri iam ex parte in altum crescendo profecisset, idem venerabilis Pater correptus morbo cæpit acriter infirmari; qui, cum dehinc mortis suæ tẽpus cerneret imminere, rogabat se orationis gratia ducere in cimiterium, cuius supra fecimus mentionem. Postea namq; accepto sarculo designauit locum sepulchri ipsius in orientali parte cimiterij; &, vt valuit, pro infirmitate ipse primus terram percutiens fodit. Sarcofagum verò in locum monumenti aptauit, in quo se post obitum eius condere, humili supplicatione, poposcit. Inde igitur,

Aegilis morbus.

Secessus in Cameterium, vbi designat sibi sepulchri locum;

cum

cum esset reductus in domum, decidit disperatus in lectum; & cognouit, quia moriturus. Quod, cum audissent fratres, venerunt, visitare eum, atque pro exitu animæ illius preces fundere Deo; quibus conspectis, gratulabatur in aduentu eorum; & in oratione ipsorum delectabatur anima eius. Interea namq; rogabatur à fratribus, quo purior de hoc mundo migrasset; quãuis occulta confessione, & digna pænitentia purgaretur, vt si quem læderet, veniam postularet; vel si à quoquam læsus fuisset, simpliciter remissionis indulgentiam daret. Commonitionem itaque fratrum libenter audiens, ait, si quem, inquit, læsi, humili supplicatione veniam rogo; &, si à quoquam læsus fuissem, *dimittat illi dicitur*; & ego, veraciter illi, ex intimo corde, dimitto Cumque enim hęc verba iam moriturus explesset, commendabat se Deo & precibus fratrum suorum; atq; in lectum corpore congregato, spiritum exalauit. Quo viso perterriti fratres, & iam tunc in angustia positi; Patris interitum suspirabant; scientes, qualem habuerant Patrem, & nescientes qualem accepturi fuissent. Nemo enim, Frater Modeste, cognoscere potest, nisi ille solus, qui hoc experimento cognouit, qualis plerumq; filijs miseria est, quod eis legitimus Pater aufertur, & vitricius consequenter infertur; propria mater occumbit, & nouerca succedit; quod apertè manifestabant illæ duæ mulieres circa infantem viuum litigantes in iudicio Salomonis regis Hierusalem. Fratres verò, posthæc, secundum consuetudinem Patrum tulerunt corpus cari senioris; & cantantes, atq; orantes, in Ecclesiam deferebant; & ibi, oratione completa, leuauerunt corpus eius, & sepelierũt in sepulchro, quod ipse sibi parauerat viuens, fidem habens resurgendi in die aduentus Domini nostri IESV Christi, cui gloria & potestas in æternum.

Amen.


Gaudet moriturus fratrum conspectu & oratione.

Confessionis secreta vsus.

Orant Aeigil moritur.

Exequiæ Aeigilis.

LIBER



LIBER II. CANDIDI

DE VITA ÆIGILI,

VERSIBVS EXPLICATA.

Candidus Fratri ſuo Modeſto.



OC carmen cecinit Candidus, ecce,
Fratri quippe ſuo ſponte Modeſto,
Lecti commemorans inclita facta
*Patris, hic abitum * hincque venuſtum.* (* gloſſ. tranſitum.)
*Quapropter rogitat hic quoque glebo ** (* arator.)
Promptoſque & reſides quoſque legentes
Formicæ vt tenuem farris aceruum
Huius non temere dente peroſo
Multum dilacerent, ſed magis orat
Summiſſo capite, & pectore prono,
*Vt frater ſocio hunc ritè relegat ** (* commendas.)
Vrſiſque alitibuſque abdicat atris.

Explicit præfatio Candidi ad Modeſtum, qui proprio nomine Bruun, & Reccheo nuncupatur. (*Candidi nomen Bruun Modeſti Reccheo.*)

INCIPIVNT CAPITVLA.

IN-

INCIPIT CANDIDI PRESBYTERI DE VITA ÆIGILI ABBATIS MONASTERII FULDÆ LIBER.

Candidus ad Modestum.


Xquo me pater ille senex fastigia vitæ
Ægil Baugolfi quondam labentibus annis
Communisque patris olim memorabile nomen
Litterulis mandare iubet, post iussa beati
Vota viri, moresque graues, animumque virilem
Ex tunc non piguit nec nunc meminisse piget me.
Hinc iuuat, ô frater, quo non præstantior alter,
Huius namque senis famosi culmina vitæ
Quæ iuuenis iam, postq; senex celeberrima vidi,
Rebus in eximiis quæque interdum auribus hausi
Relligiosorum ex dictis pia facta virorum,
In cumulum congesta tibi sacrare Modesto.

Ducitur puer Æigil ad monasterium Fuldam.

H*Ic iuuenis Norica quondam regione serena*
Nobilis exoritur; illic haud multa moratus
Tempora progenies patriis euectus ab oris
Ducitur in siluam fagi de nomine dictam
Buchoniam; vndisonus serpens vbi labitur amnis
Fulda, vnde iste locus vbi nunc ingentia cernis
Mœnia, prima olim nomen ab origine sumpsit.
Ventum est interea varia per compita longè
Ad sanctum lectumq; locum, templumq; dicatum,
Martyr vbi, pro laude Dei Bonifacius almus

Qui pro lege Dei duro succumbere Marti
Quondam non timuit, digno veneratur honore.

Præsentatur Styrme Abbati, & defertur ad scholam.

PRoditur hicce puer ventus, pro postibus adstans
Æigil, forte viro qui tunc ditione regebat
Cœnobium Fuldense humilis sub manibus huius.
Quem mox blandiloquo Styrmi cum murmure visum
Suscepit, lassisq; suis complectitur vlnis,
Ac iuueni consanguineò dat basia pastor.
Talibus auspiciis primæuis miles ab annis
Christi cœpit; ab hinc qui sit post exitus, atq;
Qui sibi iam fuerit iuuenili in pectore sensus,
Quæq; viro succrescenti constantia mentis,
Si mihi vita comes fuerit, si spiritus intus
Corpus alit, lingua & solitum si munus habebit,
Progressusq; dabit summa ac veneranda secundos
Maiestas, eadem paucis superare Camœnis,
Incipiam. Abbatis post hæc subductus ab æde
Hic puer inberbis scholæ defertur ad arcem,
Lex æterna Dei semper, qua munere Christi
Discitur à pueris, seniorumque ore docetur.
Nec mora continuo cœpit elementa parare.
Vtque apis esuriens primo cum tempore veris
Enitens paribus volitat per gramina pennis,
Campigenosque sibi certat decerpere flores,
Altius inde volans, glaucas stridentibus alis
Nunc salices, nunc namque pyrum platanumque nitentem
Floribus ore legit, tiliam feruore recenti hinc
Mellifluam satagit cæco sub condere tecto.
Haud secus hic iuuenis librorum carmine primum
Corticibus veluti rasis quis pascitur acris
Donec vi quoque non propria, sed munere Christi
Proficiens ætate simul sensuque sagaci,
Pasci promeruit vmbrati nectaris haustu.

Fit monachus & ordinatur Presbyter.

HInc etiam monachis iam tunc Fuldensibus hærens,
Moribus, atque habitu vitæ cælestis amore

Succen-

Succensu, cum consilio fratrumque Patrisque
Iungitur, ac nitidis Christi succingitur armis,
Signifer intrepidus Christi tutamine fretus.
Fit comes interea Patris fidusque minister
Prospere cuncta gerens; supplex oracula cuius
Sæpius vna cum senibus spatiatur ad alta;
Sæpe etiam ante omnes, multa exspectante caterua
Iussus iura dabat, iterumque infanda vetabat,
Ac magna ingenij quæque discreuerat arte,
Tempore non alio, meritis & dogmate clarus,
Felix patre satus quondam, felicibus annis.
Ægil hoc sertitus erat baptismate nomen.
Fungi promeruit ab Lullo Præsule sacro
Presbyter infestis mundi direptus ab vndis.

Catalogus Abbatum monasterij supra dicti.

Contigit interea senio morboque peresum
Styrmen, qui fuerat primus fundator & Abbas
Cœnobii Fuldensis, ab hac quoque luce migrasse,
Credimus, in lucem semper sine fine manentem.
Cuius post obitum concordi voce boantum
Baugolf eligitur, larga Germanica proles
Rite Pater præcessoris porrectus ab ore.

Metaphoram inducit poëta.

Hoc nam cessante successit monoceros qui
Forte gregem sibi commissum, res fœda refertur,
Nescio qua fronte, stimulis agitabat ineptis,
Donec vi nimia pastum fontesque fluentes
Dulcia namque loca & stabula alta coactus
Deserit; atque fuga regnis decessit auitis.
Quid maiora sequar thomi, dum pondus in istis* *Tomi.
Si quis ab ore velit peragrans hac cuncta referre.
Congeritur quodam instinctu grex omnis ab vno
Lanigero, circumspectè collectus in vnum &
Spem sibi direptam saltim viresque recepit,
Atque iterum in solitum repedauit concite pastum.

Regia cura circa fratres Fuldenses.

Hinc quoque, sublato siluestri monocerote,
Inprouisa citò surrexit regia cura
Hludunici, qui semper erat melioris amator
Vitæ; qui monachos casto dilexit amore.
*Quem Deus omnipotens * sospem de sede paterna*
Conlocat, & regnum lucis sedemque beatam.
Misit ab occiduo hic monachos qui maxime nostros
Quin & finitimos fratres, hinque inde cubantes
Mores & studia, & leges, & dogmata patrum,
Incapta incipere, & lapsa renouare monerent.

* sospitem.

Aaron & Adalfridus Galli monachi instaurant Germanica Monasteria.

Legatio fratrum ad Imperatorem directa.

Subdimur interea, duro custode remoto,
Scilicet extremis v'que dum frater Adalfrid,
Vnus ab occiduis nostris comitatus ad alta,
Fratribus eximij subiens oracula Regis.
Frustrataque loco, & diro spoliata magistro
Fuldæ patre pio rursus vestirier orat.
*Cui pia * progenies contra sic ore locutus:*
Vade age, consiliumque voca, fratresque saluta;
Et quemcumque velint iustè riteque repertum
Expetito patrem, ex nobis, concede labori.
Dixerat, & lætum clarâ dimisit ab aula.
Ille vbi percepit Regis responsa petentis,
Atque hæc ipsa suo voluens sub pectore versat,
Hortatur socios creber, iubet esse paratos,
Cogit inire viam, & celerem per opaca locorum
Concite ferre gradum, per terras, gramina, lymphas,
Per montes, vallesque simul, per densa ferarum
Lustra, lupus horrendum vlulans vbi deuius ore
Sanguineo, sæpe insidias sub corde volutat.
Nec mora cumque dies noctis superauerat vmbras
Titanisque rubens orbi lux alta refulsit,
Statim cum sociis missus de Rege remissus,
Ardua certatim pariter ad mœnia tendit

* Hluduic. Imp.

Fulda, parta quidem secum bona dona reportans.
Interea latos volitat pennata per agros,
Cœnobij Fuldensis ouans adlabitur aures
Fratrum fama, boni, cursum rumoribus aptis,
Forte virum ostentat, absque discrimine sospem
Confectum, lænique monet nil mente vereri.
Hæc adhuc memorans lictor de Rege venusto
Missus adit, nostrique simul cum Principe fratres
Odilhoh Recchéo & senior iam functus vterque
Presbyter & Monachus, animo lætique minores
Iussi tecta petunt, neque enim post tempora multa
Fratribus accitis, Regis ita nuntius orsus.

Odilhoh Recchéo inter legatos.

Responsio Imperatoris fratribus aperitur.

H*Luduicus Rex pacificus Cæsarque serenus*
Vobis iam propria mandauit voce salutem.
Et quemcumque cupit vestra concordia concors
Rite patrem iustèque simul dignèque repertum
Lassis luminibus vestro concessit amori.
Dixit & introrsus oris spiramina sepsit.
Nulla mora in medio supplex in rebus egenis
Fratrum congeries responsa ante ora ferentis
Corpore conlapso genibus procumbit humi mox,
Grates persoluens dignas, hæc munera danti.

Increpatio Poëtæ & exhortatio eiusdem.

Q*Vis tibi tum fraterna cohors in pectore sensus?*
Imo talia voluenti qua mente voluntas,
Quasue tremens cieras concreto corpore voces?
Nonne via simplex fratrum se flectit in ambas
Discolor atque subintrauit discordia pone
Turbataque ruit simpla concordia retro.
Talia si subeas vltra O sociabilis ordo
Concilia, tenui liceat te voce monere.
Parce metu, solique Deo confidere disce,
Posce Deo placita si scis; si poscere nescis
Aut tibi si desit veri sapientia verbi

Alma

Alma altaque Fide regnantem cernuus ora
Qui bona cuncta dabit, & nulli probra rependit.

Datur licentia aspirandi super Abbatis electione & consilium Seniorum, & Abbatis electio.

Larga quidem super hoc concessa est copia fandi
Fratribus, inq; vicem dehinc respirare potestas.
Congregationis Fuld. frequentia. *Fit subito fratrum passim concursus in vnum;*
Longis porticibus, claustri confessio longa
Cernitur hinc vario varia sermone leuata.
Concite prorupit in medium res dissona circum
** gloss allocutionibus.* *Fusa rotat, acuens varijs rumoribus * iras*
Infausta genitrice sata discordia proles.
An loquar an sileam, vulgi sententia fatur
Quod quis flammigero validè contactus ab igne
Ignem flammigero pauitanti mente veretur.
Hicce patrem petit hunc, illum namque ille reposcit
Quem pars vna cupit, refugit pars altera, longè
Compellare senem iuuenis, audetque virum vir
Vocibus infestis duroque lacessere verbo.
Nec iam quis proprium furtim testatur amorem:
Curritur ad solita saltim solatia votis.
** à prece.* *Omnibus in commune Deo prex * alta refertur.*
Supplicat obnixè ostendi fraterna voluntas,
Dextera quid super hoc statuat manus Omnipotentis.
Perspice nunc precor, O confidentissime frater,
Ipse Deus Rex perspicui possessor Olympi
Fidus quam facile miserans in rebus egenis
Consulit Omnipotens; discors & futtulis amens
Ast heresis refugit, subito bipatentibus intrat
Lata quidem comitata Fide Concordia portis.
Signum quod nobis Campana. *At verò interea quatitur densissime signum,*
Quo moniti fortasse animis non viribus æquis,
Ordine permixto fratres glomerantur in vnum,
Exin more quidem solito fit lectio versus;
Inde sequens tandem extimplo prece ritè peracta
Erupit in vocem grauiter pars ardua fratrum,
Ac salubri dehinc consilio, sic ore ferebat.

Nos O fida manus vario turbante tumultu
Sæpe sub aduerso partim sudaße labore
Contigit in commune tamen discrimina morbi
Mixtim nos tolerasse mali contingeret adhuc,
Celsi fulminea subito ni dextera Patris
Desuper adueniens nostri misereſceret vltro.
Sed quia nos voluit magni regnator Olympi
Hæc iterum loca præcipere, non linquere; nosque
Rursus in antiquam nostræ conducere formam
Vitæ, nunc animæ, totis nunc viribus esto
Quisque suæ vitæque memor; præsumite Patrem
Fratres qui valeat, supplex licet ore recuset
Non hunc, qui cupit atque nequit, licet ore reposcat.
Moribus insignis pariter cum dogmate sacro ac
Mente pia dignè tantam præcedere turbam.
Hæc memorans circumspectè pars ardua Patrum
Extuderat ea dein repetens quoque cetera prona
Contulit inque vicem spisso sermone reformat.
Haud mora continuo concordi mente vetustus
Poscitur in Patrem Noricâ regione serena
Nobilis adueniens olim & paruißima proles
Aeigil, tuncque grauis veterum scrutator auorum.
Quoue reluctanti, sedato pectore pauca
Fraternum ante quidem nobiscum fœdus inisse
Te meminisse decet, sociûm miserere tuorum, &
Si quid habes virtutis, ait Concordia fratrum,
Corporis atque animæ precibus neu subtrahe nostris.

Excusatio eiusdem, & obiectio fratrum, & consensus senis.

TVnc quoque longæuus, commoto pectore contra.
Nonne vides quod hoc corpus effæta senectus
Deprimit, exagitatque caput, vestigia torquet.
Visus languescit, lacerat præcordia tussis,
Corporis ac totos quatit æger anhelitus artus.
Solus, quapropter, fateor, subsistere tanta
Pondera non valeo. Senior sic ore repugnans
Dixerat, & luteos lacrymis perfudit ocellos.
Desine plura Pater, inquit, & cede petenti huic
Cænobio, non, oro, senem te cura refringat.

Huius namque operis Fratrum Concordia tecum
Viribus infessis pariter sufferre laborem
Sponte subit; nec te solum sub fasce dolere
Sustinet. hincce senis durum mollescere cæpit
Pectus; & hinc fratres dictis affatur amicis.
Non me velle fugam mihimet pro laude pacisci
Huius profiteor operis; nec terruit hoc cor
Horridus iste labor, sed debilitata senectus
Terrebat, morbusque tumens, & pestifer hostis.
Nunc iam cedo equidem iussis, ac iussa facesso.
Tu tamen interea pariter, Concordia fratrum,
Viribus infessis mecum partire laborem.

Itur ad Regem super Abbatis confirmatione.

* Vernat vel ornat.

HÆc vbi dicta essent, verrat fraterna potestas*
Fratres ac socios proprio de corpore lectos,
Qui cum Patre simul nouiter seniore recepto
Regis ad eximij super hoc decreta recurrant.
His quoque compositis, pergunt; comitatur Aaron
Primus ab his, misit sollers quos regia cura,
Ad nostrum commune bonum sub tempore, quo nos
Improbus atq; minax demum furialibus ausis
Monoceros iam cessauit terrere fugaces.
Solibus hinc etiam nonnullis rite relectis,
Venit ad occidua hac eadem legatio rura,
Cæsaris antiqui supplex oracula poscens.
Tum namq; occiduus monachus & Presbyter alti
Regis ad aspectum prior inuitatus Aaron
Progreditur, causasque via fratresque venisse
Fuldenses, humili coram sermone patenter
Rege aperit, atq; ante fores astare, reclusit.
Quos cum pro foribus Cæsar præsensit, vt intrent
Dicitur, at Senior, fratrum stipante caterua,*
Intrans, procidit ad genua, genibusque volutans
Vna cum sociis, vultum regnantis honorat.
Nec mora continuo, dextrâ innuit ipse nitenti
Atque astare iubet prior; & sic incipit ipse.
O nati fratresque mei lectique parentes
Spes patriæ, nostrique decus & gloria regni.

* Aeigil cum suis Imp. venerantur.

Vos horrenda nimis ante discrimina pestis
Lethiferæ urgebant, saltim nunc eruta corda
Erigite, mæstumque metum secludite; vestra
Regula quod deceat, intento corde tenete.
Ipsa est porta, atque arcta via, quæ ducit ad alta
Regna poli; contendite nunc intrare per illam,
Vt per eam modo currentes veniatis ad illum,
Qui vos de tenebris miserans, & carcere cæco
Non meritis produxit in admirabile lumen.
Currite nunc fratres, vitæ dum lumen habetis
Neu tenebræ vos præripiant. ante omnia pacem
Veram pacem, inquam, sine qua nec munus ad altar
Proficit adlatum, neque enim possessio quemquam
Pauperibus profusa iuuat, nec martyr ab alto
Iudice dona tulit vmquam seruate monebo.
Hæc dicens aliaq; simul longo ordine multa,
Quem vobis optastis, ait, producite Patrem
Fratres; canitie subito conspersus Æigil
Porgitur in medium constanti mente vetustus
Regis ad Imperium propius processerat vltra.
Progrediens, quem vt conspexit, rex arduus infit;
Istene pastor adest quem omnis Concordia fratrum
Concors prouehit, atque probat vno ore canoro. at
Regis suppliciter pauca legatio fratrum,
Iste est, ô bone Rex, nunc inclinata recumbit
In te summa eadem; tantum decerne tenendum, ô
Spes nostra nostræque decus & gloria vitæ.

Confirmatio Regis & instructio eiusdem.

ECce senex iste hic præsens quem poscitis adstat.
Hunc habetote Patrem, hunc fratres seruate parentem.
Tuque tuos addisce Pater seruare minores
Omni cum studio, inque vicem pia fœdera sollers
Iungere semper ama, retro de pace ruentes
Corripe, ne pereant, suaui reducique salubri
Ad pacem repedare doce. discretus in omni
Re quoque causidicus sunto: quod condita norma
Communis doceat intento corde teneto.
Ecce ibi repperies fixum, quid pastor ouilis

Præuius, atque tener quid dehinc post terga sequens grex
Exsequitur, operis pariter qui pastus obæsis
Lanigeris prosit teneris, qui congruat agnis.
Nec minus ordine composito scrutator auarus
Quæ ægris debilibus maneat quæ cura fouendis.
Hanc Benedictus ouans sacro spiramine plenus
Legem constituit, Monachorum rite magister,
Seruandamque suis secum mandarat alumnis.
Hanc tibi nunc committo equidem, tu percipe normam.
Atque in ea totum ô pastor sub fœdere firmo
Cænobium Fuldense, bona ex hinc omnia circum
Quaque loca ipsius iam decernoque tuenda.
Hæc ait, & fratrum precibus Rex inclitus almis
Expetitis, in pace simul dimisit abire.

Reuertitur per Mogontiam pater Æigil.

Postbæc inde means, socium comitante caterua
Iste pater lætus gressum direxit ad vrbem,
Mogontiæ descriptio. *Quondam opulentam opibus, opere constructa vetusto*
Apparet, quæ, namq; super glacialis aquai
Ripam Rheni in quem fluitans turgentibus vndis,
Non parte ex alia castrum qua cernitur ingens
Haud procul à ponte sursum, quem sospite regno
Olim Rex Karolus fecit, prolabitur amnis
Mogoin à Mænus. *Mogoin, ex quo, vt fama sonat, Mogontia dicta est.*
Haistolfo interea venit gratissimus hospes
Æigil Pontifici sacro Mogontiacensis
Ecclesiæ, condigno etiam susceptus honore.
Primum ducitur ad templum, precibusque peractis
Præsulis occurrit subito conspectibus, inque
Oscula pacis iens pronus, dignanter adorat.
Postquam consedere simul prouectus vterque
Temporis ætate, pariterq; in dogmate claro
Legis iustitiæ, Præsul, Pastorque vetustus,
Adueniens prior vrbis apex, sic incipit ore.
Nos Pater in primis laudemus cunctipotentem,
Atque olli grates dignas dicamus ouantes,
Qui sibi nos proprio deuotos munere vernos
Vna cum socijs sospes conduxit in vnum.

Præ-

Præterea te nosse decet, quæ pondera quondam
Quamque inportuna temet pressere, tuosque
Consocios, indiscreto regnante tyranno, &
Maximè nunc, quia te voluit regnator olympi
*Notis præficere vigili tutamine * mandris* *Caulibus ouium.
Ne quandoque Pater subiectos more prioris
Exagitans, ex his forte indignatus aberres
Non te decipiat falsa & fugitiua potestas
Sæcli pompiferi, nec te pomposa virago
Possideat; iram cohibe; fuge nomen auari;
Omnia fac cum consilio, sic Idida quondam
*Basileos Solymæ, repetens, sic * legifer ipse* *S. Benedictus.
Vester, ait; & post factum te pœna reorum
Non cruciet, nec verba dehinc tibi dira manebunt.
Consule quosque tuos Pastor pietate paterna;
Consule quosque tuos fratres, quia sæpe minori
Optima quæque bona, rerum qui condita præsens
Inspicit omnipotens, pandit; dignaque reuelat.
Sæpe quidem stropha mentem confundit inanem,
Hostis peruersi retrò feriente sagitta,
Aut ita subripiet, sensumque interpolat error
Humanum, quia nullus adest in carne manens vir,
Vt homo, qui nunquam non falli possit in ista,
Quamuis magnificè ingenio, quis polleat alto.
Vtque ille interdum, sophiâ qui acrior extat,
*Ingenio maiorque manet, quid mente * retunsa* *retusa.
Falsum concipiat, contra, & quid rectius atque
Verius ille minus sapiens meritique minoris
Cordis in hospitio interdum præsentiat; inde at
Nullus in hac vita positus, sit spes sibi, nec se
Consilii alterius tumidè non dicat egere;
*Cuius iudicium, & si non * Zabolica fallit* *Zabolus. i. diabolus.
*Gannatura, * tamen laqueos hinc inde tumoris* *Vulpinus astus.
Non facile superat grauiores. hæc ita Patri
Commemorans, aliaq; simul longo ordene Præsul;
Statim iussit adesse viros, qui ritè ministrent
Vndam, qui Cererem Bacchum mensasq; reponant.
Ipse autem interea sacram spatiatur ad aram
Cum Clericis alta acturus modulamina missæ.
Laudibus expletus Christi venerandus honore
Præsul perspicuo patulam suscepit in aulam,

Abbatem, Comitesque suos, manibus data lympha
Funditur, & coram subito fit mensa reposta
Vate, atque hospitibus, epulis onerata venustis.
His ita confectis, successit lectio sacra
Quam Præsul solito tetigit summo tenus ore,
Interdum satians supera dulcedine ciues.
Hac namque explicita mussabant ora virorum
Dulcia conloquia resonans pax vndique circum-
Fusa volat, penitus fit lætus in aula
Vrbis apex, pastorque senex, cunctique minores.
Amborum quoque tripudio versantur in alto.
Hinc pater iste pius, fratrum gyrante corona
Post epulas, post conloquia, post pocula læta
Summisso capite saltim diuortia lætus
Nota petens, à Pontifice benedictus abibat.
Non multi fluxere dies, nec tempora multa
*Præteriere, dehinc fratrum genialis * aceruus*
Cum Patre vnde ierat, iterum remearat eodem.
Ventus namque senex famosi nominis Aeigil
Cum socijs digno primum collectus honore
Fratribus à proprijs altam defertur in ædem
Christi Martyr vbi compta requiescit in arca,
Quondam cum socijs telo sopitus acuto.
Hinc, prece completa, Monachorum conflua turba
In parte occidua templi seniore reuiso
Statim prona ruit, Patrem de more salutat.
Qua re salutata propius accedere contra
Namque iubet, pacemque iniens, atque oscula figens
Congrua; more patrum pariter cum fratribus ipse
Dauidicæ subito cecinit modulamina Musæ.
En quam dulce bonum fratres quamque ardua semper
Lætitia longe bilis rancore remoto,
Moribus in sanctis communem viuere vitam.
Hoc quoque carmine completo, diuortia lassus
Abbas progrediens adijt optatus, euntem
Prosequitur turba mixtim, iuuenesque senesque;
Inspiciunt gaudentque simul, ardentque tuendo.
Illum namque diem Pater idem lætus in omni
Lætitia cunctis secum disponit habendum;
Fratribus ostentans penitus præcordia læta
Corporis effigie, lingua, vultuque micare.

* glos. pulcher.

Infecta

Infecta basilicæ opera peraguntur.

HIC homo cœpit abhinc magno pietatis amore
Ecclesiæ mundare loca, pauimenta refundi
Constituit quadrata locans altaria circum
Fixerat in summo petris contecta politis,
Arcubus idem Racholpho dictante Magistro
Et Monacho, fratrumque simul sine felle ministro.
Cuius te meminisse rogo, cunctosque legentes,
Hoc opus vt Domini pietas requietis honorem
Ipsius animæ tribuat, lucemque perennem,
Conferat, vt dixi, hoc ipso dictante Magistro.
Arcubus, atque interpositis hinc inde columnis
Binas magnificè erexit, pulcro ordine cryptas.
Quarum prima quidem spectans intendit Eoum,
Ternis luminibus Oriens, vbi lucis ab axe
Signifero pluuia tempestateque sonora
Disiecta primum radios Sol aureus orbi
Terrigeno spargit; vnam, quæ continet aram
Interius comptam, sanctorum ritè patronum
Relliquijs, quos inferius subnectere mens est.
Nec minus hoc speleum capitis in vertice gestat
Altare, sanctus quod iam sub tempore prisco
Consecrat ipse suo Bonifacius Omnipotenti,
Quæ superaddita sunt, alijs sacranda relinquens.
Ast aliud quoque nobiliter, vbi Martyr adest nunc
In parte occidua constructum cernitur antrum,
Multum diues ope, interius spolijsque Piorum,
Ternis prospiciens, fixis post terga fenestris.
Obscuratus hinc atque hinc, clausisque duobus
Solis ad occasum, qua Phœbus more recepto
Mergitur in solitum vergens lux aureæ callem,
Lustrandoque rotat iterum tollendus in ortum,
Hoc summo in capite, duris præ viribus aram
Fortiter insistens pedibus, nam sustinet, in qua
Christi Martyris eximij nunc membra locata
Cum socijs, quoque sacra manent sine fine beatis.

Racholphus architectus

Inuitatur Pontifex ad dedicandam Ecclesiam.

HIS ita constructis, mox inuitatur ab omni

Fra-

Fratrum consilio dignè fratrumque parente
Haistolf sacrandam Metropolitanus ad ædem.
Interea quoque fama volans, rumoribus altis
Excitat ad laudem Christi multorum Christicolarum
Concite corda pia, veniendumque, ecce repente
Non mora, digreditur propria de sede Sacerdos,
Primum progrediens Metropolitanus, & exin
Turba Sacerdotum, Abbatum, Comitumque potentum,
Ordinis atque etiam gaudens hincque inde minoris
Ad tam magnificum & sanctum sub tempore festum,
Disposito, cum vi multa confluxit in vnum.

Candidus ad Modestum.

P *Erspice nunc Frater quo non præstantior alter*
Mentis luminibus mecumque hæc numina firma.

Dedicatur Ecclesia, & translatur corpus Martyris Christi Bonifacij.

V *Enerat alma dies radio inlustrata corusco*
Solis perpetui Præsul processit ad aulam
Sacrandam; tunc relliquia tolluntur in altum
Condenda interius, præcesserat ordine claro
Pontificalis apex, rubra vexilla triumphi
Regis magnifici pariter tolluntur in auram;
Luminibus roseis aptè stipata deinde
Turba Sacerdotum, Monachûm, Comitumque potentum.
Ordinis atque etiam clamans post terga minoris
Consequitur, Christumque vocans ter voce tonantem.
Dedicationis ritus. *Inuitatur enim Christus virtute potenti,*
Ipsaque sancta Dei genitrix, virgoque Maria
Compellantur in auxilium cœlestia votis
Agmina, Sanctorumque dehinc exercitus omnis.
Cumque etiam his precibus ternos expleuerat orbes,
Præsul & ipsa sequens, pariter læto agmine turba
Protinus ante oculos plebis, oraque virorum
Regi virtutum, Regis præcone iubente
Victorique Deo, patuerunt limina templi.
Ingreditur Præsul diuino numine ductus,
Presbyterique simul intrant, araque ministri,
More suo interius acturi iussa potentis.

Im-

Importantur enim latis vallata choreis
Sanctorum spolia, externis nam cætera turba
Insistens precibus, altis exclusa respectat,
Donec cuncta bonus famulis altaria Præsul
Consecrat altithroni Regis præsentibus absque
Quinis, quæ mihimet iterum memoranda relinquo
Protinus interea rursus, lictore iubente,
Panditur alta atque alma Dei domus Omnipotentis.
Inruit agmen ouans plebis; subito quoque semet
Inque vicem valuasque intrò pressere ruendo.
Dextram namque tenet, dextra inducitque virum vir
More Laicorum porgentes basia buccis
Hinc sopito etiam & turbis clamore remoto.
Ecclesiasticus hinc atque inde collectus in vnum
Martyris ad tumbam extimplo conuertitur ordo.
Quæ tunc noscitur in medio consistere templo. S. Bonifacij translatio.
Plebs quoque testis adest præsens, fit testis & ipse
Conditor Omnipotens, qui maiestate perenni
Semper vbique manet, eiusque exercitus omnis
Quod eadem ipsa hora aduentus tunc numinis alti
Qua rapitur Christi Martyr de sede priore,
Perspicue in sacra multis innotuit aula.
Præsulis interea insistit veneranda vetustas
Haistolfi precibus Christi solamina poscens,
Vt opus incœptum diuino munere sacrum
Cum socijs sacro possit concludere fine.
At post hæc propius Christi tutamine fretus,
Idem Præsul iens tolli venerabile corpus,
Instruxit leuat ipse prior; hunc voce valenter
Hymnum magnifico laudis nidore refertum
Gignentis genitique simul, ac spiritus almi
Te ergo Deum laudamus te Dominumque, fatemur,
Te genitorem perpetuum, terra veneratur. Paraphrasis hymni Te Deum.
Cuncta tibi angelicus adstans mirabilis ordo,
Namque poli cunctaque potestates venerandæ,
Cherubin quoque Seraphin pariterque verenter
Iure tibi soli incessanti voce reclamant.
Sanctus sanctus sanctus enim Dominus Deus vnus
Sabaoth, cæli magna tellusque replentur
Donâ perpetuæ maiestatis: quoque temet
Cætus Apostolicus pollens, atque inclitus ordo

 Teque

Teque Prophetarum numerus laudabilis aque
Te nitidus testûm laudat exercitus ardens.
Ecclesia te sacra canit diffusa per orbem,
Maiestatis enim Patrem immensa venerandum.
Atque tuum proprio verum de pectore Natum
Sanctum nam Paracletum aquali numine flatum.
Tu doxa Rex ac lucis, lux ardua Christus.
Tu genitoris es aeternus sine tempore natus.
Tu hominem suscepisti mundum ad liberandum.
Virginis atque vterum non horruit alta potestas.
Deuicto mortis stimulo tu victor vbique
Fidis nam miserans reserasti regna polorum.
Tu Patris in dextra regnas virtute perenni,
Desuper adueniens certus namque arbiter orbis
Te petimus proni, propr os defende colonos,
Mundi quos proprio redemisti sanguine Soter
Saluum fac populum hostis de fauce reductum.
Atque tuam dignare Deus benedicere sortem.
Auxilioque tuo rege sublimato per aeuum, &
Omni quippe die temet benedicimus altè.
Laudamusque tuum cuncta per secula nomen.
Hacce die nos Christe potens dignare tueri;
Neu nos commaculent spurca contagia vitae.
O nostri miserere Deus, nostri miserere.
Sitque tua circa nosmet miseratio larga
Corde quidem fixo veluti confidimus in te.
In te summe Deus spero, non turber in aeuum.
Hunc hymnum subito trepidus suscepit ab ore
Pontificis forte simul Ecclesiasticus ordo
Altithrono cantans, alto modulamine laudem.
S. Bonifacij corpus qui baiularint. Haistolfus Archiep. & Aigil. *Nam feretrum loculi, sacra qua Martyris almi*
Membra inclusa iacent in prima fronte gerentes
Ambo graues amboque senes Haistolfus & Aigil.
Scilicet à tergo pariter Monachusque Sacerdos
Ercanberctus Baugolphi germanus, & Abbas
Theotgarius, Bruunvvarque simul Hrabanus, & ipse
Presbyter & Monachus multorum iure Magister.
Ibant aequati numero, Christumque canebant:
Cum quibus admixta pars hinc atque inde piorum
Presbyterûm, turbaque premens cum lumine circum
Vt multa loculum gaudet contingere dextrâ.

Regia quippe via, pannis candentibus aptè
Regis perpetui magnum quæ ducit ad altar
Strata fuit, illuc idem, quos ipse Sacerdos
Ercanberctus ouans Christi deuotus amore Erkanbertus Baugolfi Abbatis frater.
Martyris exhibuit, ostro peplumq́, rigentem,
Insuper accumulans auxit prosque, suosque.
His ita perceptis gressum porrexit ad aram
Pontificalis apex, magno comitatus honore,
In parte occidua Romano more peractum.
Eleuat interea populari voce repente
Aduena plebs Kyrieeleison; fit clamor ad astra.
Christicolis ardent penitus feruore recenti
Numinis infusi, verum mirabile dictu
Tu scis non solito laudis vox omnibus æqua
Efficitur, lacrymas profundunt gaudia mentis
Lætitiæ, lacrymæ, & cantus miscentur in vnum.
Hinc aliud cecinit simili moderamine carmen
Sors Domini magna laudis dulcedine plenum
Gignentis genitique simul ac spiritus almi

In celsis Domino gloria magno
Voti sitque boni terrigenis pax
Laudamus quoque te & sanctificamus
Propter magnificum, & decus altum.

Hac tam quippe diu celsa iubilatio vocis
Personuit, donec saxoso membra sepulchro
Includunt, clausaq́ dehinc pausanda relinquunt.
Hoc namque occidua Martyr tumulatus honore S. Bonifacij sepulcrum nouum.
Altithroni Regis compta iacet altus in ara
Absida quam super exstructa namque imminet ingens
Quamque egomet quondam hac Christi nutritus in aula
Presbyter & Monachus Bruun, vilisque Magister
Depinxi ingenio tenui, paruaque Minerua Brunni pictura.
Formans expressi, varios ferrugine vultus.

Supplicatio pictoris & Poëtæ.

CVius quemque rogo supplex meminisse legentem
Hoc opus, orando Dominum pietatis amore
Vt scelerum veniam fidens mereatur ab illo,
Qui non vult quemquam peccati morte perire;
Sed magis vt rediens viuat virtutibus almis.

His quoq; patratis summa celebratio missæ
Laudibus intonuit dignis, quâ rite peractâ
Lassi cum sociis multa crepitante caterua,
Haistolf atq; Æigil ducti sub tecta recurrunt;
Mænibus, en altis Præsul conuiuia lætus
Pastor & ipse simul vtrorumq; inde minores
Mox adeunt Patris celeres tum forte ministri. Epulum præbetur.
Dona ferunt Cereris multo sudore canistris
Quæsita ast alij vario nidore respersas
Instant ferre dapes, alij namque inclita vitro
Ordine composito miscebant pocula Bacchi.
Nec minus intererat epulis simul alma paternis
Lectio namque cibus fortis solidusque virorum
Intentos satians superi pinguedine verbi.

De crastina dedicatione & reliqua.

Crastina cumq; dies, fuscas dimouerat alas
Noctis & vmbrifera nebula consederat aruis
Euolat hospitio solis iam luce retecta,
Cum socijs iussus Humbertt Corepiscopus antra ad Humbertus Corepiscopus cryptas dedicat.
Ecclesiæ sacranda duo, quæ luce reliquit
Hesterna Præsul, primum, quod spectat Eoum
Pontificis vice rigido conspectus in ostro
Adgreditur speleum, saltim quo nempe sacrato
Vno cum titulo, simili mox ordine sacrat.
Solis ad occasum spectans, quod respicit antrum
Excipiuntur enim infecta hinc altaria bina.
Vnum qua martyr media testudine templi
Ante fuit, aliud qua Styrmi corpore quiescit S. Sturmi & S. Lioba sepulcra.
Ac digna Liobgyd pausans Bonifacio neptis,
Sola iacet busto mulierum forte sepulta.
Qua rediens vno Iacobi simulatque Philippi
Cum titulo Præsul venturo dedicat anno.
Vt liceat dictis summam comprendere paucis
Hanc aulam Haistolf Præsul Mogontiacensis
Ecclesiæ Christi primæuis miles ab annis
Cum magno studio ac magno pietatis amore
Insuper & magno Sanctorum sacrat honore,
Ordine prædicto, complens promissa petenti.

Com-

Commemoratio Hrabani magistri & operis eius.

HVius nempe diem numerumq; ac tempus & annum
Officia pariter sanctorum & nomina partim,
Quem supra tetigi Hrabanus iure magister
Versibus obtitulat, partim sermone retexit,
Panso equidem cuius nunc hic ex ordine dicta
Florigera huic operi dignum insigenda putaui. Inseruimus lib. 2. Antiq. Fuld. c. 1.
Quatenus in libro hoc memori narranda relatu
Inlæsa, intactaque simul, seruentur in æuum.
Hæc tibi Frater mi, coram sollemnia præsens
Vt vidi, vt sensi, vt super hæc addiscere quiui,
Versibus exposui, iam nunc hic limite facto
Quæ superaddita sunt, aliis scribenda relinquo.

De ædificatione basilicæ rotundæ & designatione eiusdem structuræ.

HAEc vbi facta at sunt instat prudenter vbiq;
Sedulus addiscens communis gaudia vitæ,
Aeigil, subiectis sacro connexus amore.
Fratrum consilio, paruam qua corpora fratrum
Hinc defuncta iacent deuotè namque rotundam
Condidit Ecclesiam, latitans qua peruia crypta
Sub tellure latet, vna quæ rite columna
Incipit, ac supra octonis subrecta columnis
Præpulchre in summo lapide concluditur vno.
Hoc opus hoc etenim diuino munere docti
*Pastor, & ipse simul infantum * doctor honestus* * Hrabanus.
Cum socijs iaciunt, alto sinuamine mentis.
Nescio quid magni fingentes arte fecunda
Quod tamen ipse reor, salua menteque fideque
Istius Ecclesiæ & Christi præferre figuram.
Templum quippe Dei sanctum est, quod Paulus aperte
Christicolas esse Christi vas personat ipse.
Cuius tecturæ princeps & conditor adstat,
Arbiter ipse Deus, fundamentumque, columna
Inconcussa manens semper virtute perenni.
Qua fidei merito nunc hic plebs aduena Christo
*Subrigitur, templumque Deo * conglescit in almum,* * Coalescit.

Quod vero in summo lapide concluditur vno
Edocet ipse monens, intenta mente rogandum
Egregius doctor, vt qui virtute potenti, in
Nobis cæpit opus placitum, dignetur in altum
Perficere IESV, donec manifesta micando
Ac famosa dies Christi procedat in orbem.
Octonæ interius stantes hincque inde columnæ
Totque beatitudinibus aptantur, vt apte
Quiq; quater bina hæc complentes dicta tonantis,
In hac æde Dei fulcra mereantur haberi.
Circulus Ecclesiæ qui nullo fine rotundus
Clauditur, interius, complectens commoda vitæ
Spem quoq; vitæ perpetuæ regnumq; perenne, ac
Præmia mansura post hanc signare videtur
Vitam quis iusti merito vittantur in æuum.

De eiusdem Ecclesiæ dedicatione quam cymiterium vocant, &c.

HOC igitur templum Domino quod condidit almo
Impiger ille senex, Metropolitanus ab vrbe
Digrediens Haistolff Thuringea rura petendo
Tempore disposito, cum ternis dedicat aris;
Cuius & ipse simul infantum Doctor opimus,
Quem sæpe posui, dignè, doctèque pièque
Officij numerum, tempus, annumque diemque
Cum sanctum reliquijs varia complectitur arte,

Sequebatur Hrabani Descriptio; quam in lib. II. Antiq. Fuld. c. V. transscripsimus.

De claustri structura & infirmitate Abbatis.

AST opus ecce nouum senio depressus acerbo
Exorsus, tandem subito fit mentio claustri.
Consilium subeunt quidam dant more prioris
Constitui; ast alij depromunt more Romano
Solis ad occasum satius, vbi martyr opimus
Pone iacet. huic consilio cessere priores.
Atque huic suppliciter consensit cetera pubes.
Quidnam plura loquar statim mensura laboris

Tendi-

Tenditur, effossoque solo fundamina ponunt,
Feruet opus, animosque simul viresque ministrat
Cunctis par cura atq; operis concepta voluntas:
Quod tamen infectum post se compleuerat alter.
Protinus interea magni discrimine morbi
Corripitur, cessitque cito violentia lassis
Artubus, increpuit mussans Concordia fratrum
Cum gemitu patris inuiso perterrita morbo.
Et tamen ille sibi collectis viribus ipse
*Corporis * hospitium tenui virtute dehiscens,* * Sepulchrum.
Primus namq; aperit, propriis manibusq; reclusit.

De obitu & sepultura & epitaphio ipsius.

HInc magis atq; magis feruet, mortéq; minatur
Effera vis morbi, tandemque vrgente dolore
Ductus ad extrema est, sistitque in limine latum.
Quem circum glomerati omnes hinc comminus atque hinc
Namque senes iuuenesque adstant, prex alma refertur
In commune Deo, cari pro flamine patris
*Tum fratrum precibus saltim * commenditus, at sic* * commendatus.
In lectum moriens lassos protenderat artus.
Vndantemque animam superas proflabat ad auras.
Hoc obitu concussi animo; altusque per omnes
It gemitus, queritantur hic genitoris amissa
Gaudia; sed huius gerere quod namque potes vir
Cum sua cuique dies; atque inreparabile tempus
Certum iure manet, solita sic lege priorum.
Hic obijt aliisque loca hac tutanda reliquit.
Exin more patrum fratres mox quippe cadauer
Exanimum templi orantes sub tecta ferebant.
Inde interque manus sibimet, quem fecerat ipse,
Poscentes requiem, tumuli sub domate condunt.
Cuius epitaphium celebri cum dogmate iam tunc
Versibus expressit noster Hrabanus ouando
Et pater & pastor meritis, & dogmate celsus.

Commemoratio cari Patris & Pastoris.

CErnis quam nihil est, cernis mi frater amate

Sacli

Saecli fluctiuagi vana & peritura potestas.
En iacet obtectus tumulo, quem plurima quondam
Turba senum iuuenumque simul stipata tegebat.
Sed licet ad praesens careat affectibus istis
In fratrum precibus semper laetatur honestis.
Haec nam conditio misera diraque sub aura
Condita fama manent cunctis mortalibus agris.
Hanc legem iure primi meruere parentes.
Vnius ob culpam hanc Reges proceresque potentes,
Diues inops, Dominus seruus, contractus, egenus
Insons sonsque capit; nec habent discrimina finem.
Laetifera haec rapidus vsque dum fortis & ardens
Vltimus ille dies nebulae clangoris & Irae
In commune rapit totum sub tartara mundum.
Aeigilis Elogium. *At pater hic genitale solum, patriamque, parentes*
Infans postposuit, Buchonica rura petiuit.
Iustitiae gradibus paulatim prouidus, hicce
In hac aede locum diuino munere celsum
Promeruit; nulli veterum pietate secundus.
Hunc ita nutribat geminis discretio mammis
Mater virtutum, summo sit gratia Christo,
Vt nec sponte suos vnquam terrore bidentes
Praciperet, nec ab his vmquam conterritus iret.
Auribus admitti spreuit prudentia Patris
Friuola vaniloquûm, nec huic insomnis & atra
Suspicio incautos torquet, quae maxime quosque
Praeualuit, sed nec facile commotus in ira
Dira & flamminoma mentis incendia prompsit.
Hic acies geminas flectens diuertit, & aufert
Hostis pestiferi prorsus neu vana viderent.
Poenituit altè si quem conspexit inertem
Vela dare, nimiumque fugam, tetrumque timorem
Ipse sui blando saepe compescuit ore.
Hinc etiam sopita fuit hincque inde maligna
Infausta genitrice sata discordia proles.
Nec poterat ex hinc fratrum concordia rumpi.
Huius strenuitas Fuldensis Coenobij res
Non tulit in partes rapere, nec torua potentum
Lumina, nec procerum tumidos horrebat honores
Noxia quaque vetans, vetuit sed maximè fures,
Insequitur pausaque mala, constanter agendo,

Cacopragmones, * *hic rite procul expulit à se.* * *Malefices*
Hic decus, hic nostræ fautor & gloria vitæ
Extitit, hic operis nostri nostrique laboris
In hac æde Dei salubri cum dogmate Noe
Huius te meminisse rogo, cunctosque legentes,
Hoc opus, vt Domini magna & miseratio larga
Hunc in perpetua requie conseruet in æuum.

EXPLICIT LIBER CANDIDI PRESBYTERI.



AD VITAM ÆGILIS IV. ABBATIS ECCLESIÆ FVLDENSIS.



MERVIT Æigil, vt qui memoriam S. Sturmij Educatoris sui intermori non passus est, sed literis eam suis illustrauit, ipse item vitæ suæ ac rerum ab se gestarum Præconem Candidum discipulum, nanciscerctur. Is HRabani ætate, literarum & facundiæ laude floruit. Scholis Magister præfuit, & vitam quoque Baugolffi abbatis, Ægilis hortatu, memoriæ prodidit. Flores etiam fateor Fuldensium Antiq. libris ex Ægilis vita complures, adspersi. Quo minus hic laboris & operæ scholijs impendendum est; cum pleraque lucem inde accipiant, & marginis oræ affixæ notæ, narrationem ipsam satis illustrent.

Candidus autor.

Baugolffi Abb. vita à Candido scripta.

ÆGILIS ÆTAS.

NON expressit eam Candidus. In antiquitatum lib. IV. exordium eius retulimus ad annum Domini DCCCXXII. sepultus in cœmeterij colle, qui iuxta S. Michaelis adhuc superest, parte orientali.

ÆGILIS ELECTIO.

NOMEN id variè exprimitur Eigil, Ægil, & plurimum Candido Aigil. Huius nominis, quod Gallico sono Aquilam refert, olim S. Columbanus discipulum; hac ætate clarum etiam Abbatem Prumiense monasterium habuit, qui in Epistolis à Lupo Ferrariensi celebratur. In Ægilis electione nobilis expetitur, non quod Ægil ignobilis esset: sed quod hæc vox Dynastam & potentiorem significabat, vt clarè sequens docet oratio, qua talem optant, qui haberet in Palatio generositatem.

S. Aegilius Abbas & Aegil Prumien. Abb. al. Aegil Fuld. nobilis.

Monachos occidentales appellat, qui à Ludouico Aug. submissi in turbela è Gallicarum Monasterijs.

Monachi occidentales.

Nam


Nam Occidentale Galliarum regnum Germaniæ opponebatur; vbi regnum Francis orientale.


Nominantur in his primores Aaron & Adalfridus Ludouico pio familiares, & magnæ apud Augustum dignationis. Fuerunt in eorum comitatu plures, eiusdem consilij laborisque socij, quibus instaurandæ in Germania disciplinæ cura demandata, Non enim abs re canit hic Poëta de H Ludouico. *Aaron & Adalfridus.*

Misit ab occiduo monachos qui maxime nostros
Quin & finitimos fratres hinc inde cubantes
Mores & studia & leges renouare docerent.

AD LIBRVM II.

IN libro secundo versuum, qui historiam vitæ passibus æquis fere sequitur, emblemata picta, quibus lemmata & tituli Poëmatis exornabantur, omisimus; tum, quia pleraque impolita mansere, aut ne inchoata quidem. Ex ijs tamen specimen aliquod Antiquitat. lib. 1. cap. 21. & lib. 2. c. XVI. dedimus.





RELECTIO LIB. ANTIQ. FVLDENSIVM.

LIB. I.

Ad Caput I. Pagin. 3.

Tauni mõtis vestigium in Dunckenberg.

DE *Tauno vel Tauro monte*, monuit diligens Chronographiæ inuestigator Reuerendus Dominus Ioannes Mechtelius, Decanus Ecclesiæ Collegialis Limburgensis, pro necessitudine, quæ inter ipsum & me est perantiqua: si prior lectio retineatur, intelligi posse montem, qui vulgo der Duncberg inter VVederauuiam & Logenahe Pagum, quem cum Francofurto & Moguntiaco facere dicunt, triangulum. Is vndique accliuis & natura munitus, hodieq retinet veterum murorum & ruinarum vestigia; ea quoque celebritate, vt discrimen inde locorum annotent. Si, Taurus legatur; ei affinem esse montem Dürrenberg, qui in Henrichiæ Pago circa oppidum Catzenelebogense: apud Cattimelibocos longè caput attollit. Monstrant & aliud iugum inter occidentem & septentrionem versus Vbios, cui & Durenbergi ac Tauri vestigia hærent; eo scilicet loco, quo Clesæbergæ mons & Ecclesia in metæ modum sublimi olim vertice se sustulit.

Tauri in Durreberg

Ad Caput II. Pag. 5.

Han Hagen & Hanoi.

HAnnouuia. Ex eiusdem obseruationib. est, Loca in quorum cõpositione Han vel Hagen, ita ab implexis frondibus, & virgultis densè connexis, vel indagine appellari: etsi populos talia loca incolentes, Hanos antique appellatos, scio. Plurima verò vel incipere, vel in hanc vocem desinere constat Arnshain, Berckhain, Dieterichshain, Freijenhain, Gildenhain, Hildenhain. Item, Hainstede, Hanouu, Hanouuer, Haindorff.

Voces locorum inde composita

Gouna &

Ibidem *Pagi, Gouna*. Non reiecero, vt in re non prorsus comperta, qui

ta, qui ad Auwas originem hanc referunt; quę Theudiscis viridantia & lata pascui loca sunt, quæ vox interdum gamma recipiat, vt in Louanio suo animaduertit Iustus Lipsius. Hainauu & Hainigauu, Rinauu, & Rinckgauu. *Auwas.* *Lib. 1. c. 9.*

Pagin. 8.

Alcuinus Flaccus Hrabani Acrosticha commendat, Monui in obseruationibus meis ad Poëmata HRabani, irrepsisse errorē lemmati Poëmatis illius, quod non Alcuinus, sed vt titulus geminus habet, ipse Maurus ex persona ALBINI scripsit.

Ad Caput XVIII. P. 75.

QVOD *de S. Godehardo* cum alijs traditur, tumulatum ad S. Bartholomæi, id in animaduersionibus ad vitam illius Sancti recognoui. Nam S. Godehardus in Cathedrali Ecclesia sepultus, & S. Bartholomæi, & Godehardi Monasteria diuersa sunt. *S. Godehardi tumulus.*

LIB. II.

Ad Caput VII.

C*onradum primum* eius nominis, qui ex Franciæ Orientalis duce; rex Germanię creatus, & vltimus censetur Carolinæ stirpis, Salicum dixi; quod rei tamen, quam vsui magis consentaneum. Nam vulgus Chronologorum, Conrardum secundum alioqui Francum vel Salicum appellare solet. Adi Ottonem Frising. lib. 6. c. 16. & Abbatem Vrsbergensem. *Salici vel Franci nomen Conrardo II. tributum.*

Ad Cap. VIII. *De Sanctorum reliquiis.*

ANNO MDCXIII. Martij XII. ipsa die S. Gregorij cum Serenissimus Dux Bauariæ VVilhelmus, misso Melchiore Adgaiss, reliquias ex Fuldensi sacrario obnixé sibi communicari poposcisset, fecit R[dissimus] Abbas Ioannes Fridericus, & R[dus] ac Nobi. D. Georgius ab Hatzfeld, ceterique Capitulares perquam humaniter, vt tam pij Ducis religioni defuisse non viderentur. Placuit itaque Reuer[do] ac Nobili Petro Ernesto de Rupe, Custode Fuldensis Ecclesiæ procurante, aliquot reserari conditoria, & in pignora inquirere, non mota ab hominum memoria. Partes illæ, mihi licet indigno tunc mandatæ. Processi & Martiniani aperta tumba, ossa non multa, sed pulueris sacri abunde repertum ex busto ni fallor incensæ quondam basilicæ. Hinc Simplicij, Faustini & Beatricis non distincte, nec pro trium corporum mole, ossa paucula item inuenta. Post S. Sturmionis viri immensi, fere totum *Reliquiarum inquisitio.* *SS. Processi & Martiniani locus.* *SS. Simplicij Faustini & Beatricis.*

 corpus

corpus inſpeximus. Eius caput argento incluſum ſeorſim habitum notauimus. Certè cum iam non extet, vt & S. Simplicij, ſuſpicari habeo, dempto ornatu per tot medios caſus, ſacrum verticem manſiſſe in ſacrario tituli expertem, & probabile ad fidem hoc vel S Simplicij caput id eſſe, quod Duci Wilhelmo donum cum alijs tunc eſt tranſmiſſum.

S. Lioba. Ex S. Liobæ Virginis ſacro pignore deprehendimus, inſpectâ tumba, parum eſſe ſupe. Ceterum eſt hæc iterata inſpectio, XXIII. Maij, Nob. & Reuerendo D. Cuſtode honori Sanctorum prolixius indulgente. *S. Sola.* Tres tunc adapertæ tumbæ, S. Solæ, cuius exigua portio ſe obtulit ſociata aliorum Patronorum oſſibus, Inde Sanctorum Antonini, Æonij, Antonij Martyrum modicæ reliquiæ ſingulari loculo. *S. Firmi.* Denique notabiles reliquiæ S. Firmi.

S. Martini Pontif. & Mart. qui Hoc etiam peculiare; propriâ tumbâ S. Martini Papæ & Martyris exuuias ibi tunc repertas; ingenti vi pulueris ſacri in ſindonem collecta, ex clade opinor incendij, & pauculis additis oſſibus. Celebris eius in Martyrologio memoria XII. Nouembris: vbi & traditur corpus eius ex Cherſoneſo Romam translatum, & in Eccleſia SS. Syluestri & Martini, quæ titulum habet Equitii, reconditum. Vide notationem Baronij ibidem. **Luthero postpoſitus.* Georgius Wicelius in * Hagiologio ſuo, huius Pontificis reliquias meminit Fuldæ in Baſilica S. Saluatoris aſſeruatas; aitque, vt olim, ſic hodièque ab hæreticis perſecutionem pati; cum nomine eius expuncto, Martinum Lutherum infamem hæreſiarcham Kalendarijs pro ipſo illeuerunt. *S. Vrbani caput.* S. Vrbani caput eodem in ſacrario ſcripſi aſſeruari, atque ita adhuc ſentio. Inſpecto enim vetuſto Reliquiarum indice, quæ publicitus oſtendi ſolent, non Fabiani, ſed Vrbani cum SS Bonifacij, Simplicij, Sturmij capitibus obſeruaui propoſitum. Interim, neſcio errore an permutatione, iam thoracidæ argenteæ quam deſcripſi, titulum video affixum Fabiani Pontificis, cuius ego caput notaui in arce aſſeruari, qua montis B. Virginis ſupellex recepta.

Reliquiarū alia inquiſitio. Rurſum Ioanne Baptiſta Grainmaiſo, Sereniſſimorum Belgiæ Principum Alberti & Iſabellæ Legato Fuldam veniente, anno M. DC. XIV. Iulij, XX. Maiorum, quos dixi autoritate, inquiſitum in alia conditoria Sanctorum & S. Felicolæ ac Floræ Martyrum Virginum patefactæ tumbæ; in quibus variæ quidem aliorum Sanctorum repoſitæ poſt baſilicæ cladem exuuiæ, at Virginum iſtarum breuis ſepoſita portio, vt multum hic iniuriæ temporum & cladium dari, facile perſpicias.

De

De Trium Virginum Sodalitij S. Vrsulæ transitu mirabili.

QVæstio ad me delata, ecquid Fuldæ litteris, aut veterum memoriâ attestatum existeret, de Trium sanctorum Regum ad Fuldenses aduentu, neque enim de nihilo putabant, id ab Andrea Eborensi libro memorabilium exemplorum annotatum. Sed priuatim hic nihil huius tradi, liquere mihi videbatur; & cum in fontem traditionis inquiro, comperior in primis Cæsarium hanc trium Virginum Agrippinensium in Thuringiam translationem, & earundem reditum prolixè litteris mandasse, nec ad Fuldense sed ad Cistertiensis familiæ Monasterium Folcodesrhode, visum hoc & historiam referre. Præterea Baptistam Fulgosum, id quod de Trium Regum alij, ipsum de Trium Virginum corporibus, mendosa tamen lectione, narrare hunc in modum:

Tom. poste. de miraculis. Cæsar lib. 8. c. 85.

De Trium Virginum Corporibus.

Trium Virginum SS. reditus Fulda Coloniam.

SIcut Deos penates ex Alba longa, Lauinium vnde abducti erant, reuertisse credidit vetustas, ita verius Ottonis & Philippi Imperatorum bello, Coloniam visa sunt redire in templum vndecim millium Virginum, trium * Regum corpora ab Abbatia Fuldensi in Turingiæ regione, ad quam à Colonia fuerant translata. Mane enim, dum nocturni Psalmi cantarentur, Abbas Monachique eius Monasterij egredi templo corpora ipsorum trium perspexêre Regum, * quæ haud multo post Coloniæ in templo vbi ante erãt, fuerunt inuenta. Sed Cæsarium adeas licet, qui emigrasse tradit, quia lipsanothecæ earum contemptim habitæ. Ferunt in Basilica S. Vrsulæ picturam monstrari, quæ huius historiæ fidem & acta repræsentet.

**Virginum*

**Virginum*

Ad cap. X. pag. 145.

THarissa. De hoc Monasterio quædam ad me litteris digna misit Reuerendus & rara pietate ac prudentia eximius Abbas Therensis Valentinus. Sane Tharissa quidem est, vt plures agnoscat conditores & fundatores, vti solet, gradu quodam crescentis munificentiæ Ac de Adelberto primo, testabatur in Ecclesia Therensi lapidem cerni erectum, militis armati insculpta imagine, quatuor additis insignibus cum hac Epigraphe.

Therensis Monasterij Franconici fundatores tum primarij tum secunda classis. Adelbertus I de Babenberg.

Anno Domini IXCVIII. obijt Nobilis Albertus de Babenberg. qui hic iacet incineratus. Monasterij huius fundator, opum quondam Dator, cuius anima in Pace quiescat cum sanctis. Amen.

Sed

Sed ab ætate esse monumentum hoc recentiore prodit ipse character & modus inscriptionis. quanquam id Fundatoris gloriam non imminuat: nescio an de hoc, vel de Adelberto potius Altenburgio accipiendum sit, quod Bambergæ traditur & mortem oppetijsse, non procul ab Altenburgica arce, & sepultum ibidem esse; atque hinc añiuersarium adhuc sacrum loco subdiali ipsius animæ placandæ frequentari. De Tharissa S. Henricus quoque anno MX. decreuit; locumque Ecclesiæ Bambergensi donauit. Denique Svvedigerus Bambergensis Episcopus, postea Clemens II. bulla anno Christi MXLVIII. * Kalend. Octob. Pontificatus anno I. data Iacobo Abbati super Monasterij immunitate, profitetur adhuc Tharissam se Episcopum in potestate habuisse, bonis cumulasse, opera ibi inchoata expleuisse.

Adelbertus II. Babenberg. cog. Altenburg.

S. Henricus

Clemens II. omnes Tharissæ fundatores.

** forte 1047.*

Ibidem. Pag. 145. *Cœnobium Sanctimonialium in Blanckenauu.* De quo, vt plura cognoscat posteritas, debebit Reuerendo, Nobili, pioque viro Ioanni Bernardo Schenck â Schvveinsburg, illius Monasterij Præposito. Locum Deiparæ Matri ab origine dicatum, cum ex alijs, tum perantiquo sigillo Sanctimonialium, didici. Initium structuræ datum sub annum salutis MCCLXXV. Nam *Berthoi* Episcopi Wirceburgensis rescriptum legitur, quo populum Christianum inuitat ad subsidium & opem ferendam, anno M.CCLXXVI. in crastina S. Iacobi, Pontificatus anno II. Sed *Berthous quartus*, eius nominis Abbas, Indulgentiarum litteras, quas varij Episcopi Germaniæ Lugduni concesserant in Synodo, inde retulit anno MCCLXXIV. magno huius surgentis Monasterij bono. Denique literæ quædam super hospitalis erectione confectæ, anno MCCLXXXVII. Fundatorem Parthenonis laudant *Theodoricum Decanum* Fuldensis Ecclesiæ. Cieri autem ab eodem anno Abbatissam obseruo * Gertrudem, Anno MCCCXLIX. præfuit Albertus Præpositus & Elizabet Abbatissa, sub qua Hermannus Liebsbergæ Dominus erigit altare honori S. Pontificis Nicolai, quem vxor Melchtildis secuta & filius Fridericus ac Sophia filia ibidem S Dei Genitrici ac trium Regum memoriæ posuerunt aram anno MCCCLXXXV. Porro Salutis anno MCCCCLIII. præfuit Otto Præpositus, Abbatissa Irmela.

Blanckenauu Sanctimon. Monasterij origo.

Berthous Episcopus VVirceburg.

Berthous IV Fuld. Abbas.

Theodoricus Decanus fundator Monast. Blanckenauu.

** Gertrudê. Liebsperga stirps.*

Ibidem. *Cœnob. Sanctimon. in Tolba.* Lib. III. Antiq Fuldens. in Gestis Marquardi, §. finalis, in quodam Codice mihi repertus, quo testatur Sororibus in Tulba donare se decimas in villa Pfaffenhusen.

Tolba Sanctimon. Monast.

Ibidem. Pag. 146. *Cœnobium Sanctimon. in Zellingen.* Destitutus ille locus; superstite Ecclesia, ex qua nuper cum *mandibula S. Elizabethæ Hassiæ Landgrauiæ* Serenissimis Belgicæ Principibus obtigisset,

Zellingen. S. Elizabetha mâdibula.

set, ea religio incessit, vt nisi pace Reuerendissimi Abbatis Fuldensis pignus id sacrum occupare nollet, quam & Legatus, quem antea nominaui, cum alijs nonnullis sacris donariis, facile impetrauit.

Ad Cap. XI. Pag. 150.

CIstertiensis quoque. Confœderationis hoc documentum ad me mittebat præstanti doctrina, ac pietate Reuerendus Petrus Schönfelderus Langheimensis Abbas.

Venerabilibus in Christo Dominis & Fratribus suis Henrico Abbati & Conuentui in Langheim Decanus totusque Conuentus Ecclesiæ maioris Fuldæ orationes, cum fraternæ dilectionis affectu.

CVm bonum sit & iucundum, etsi non corpore, tamen spiritu fratres habitare in vnū, bona iucunditas, & iucūda bonitas, nos inducunt, vt ad renouationē fraternitatis antiquæ, vna vobiscum beneuolæ assurgamus. Quapropter vos in Lāgheim, & vniuersum ordinē Cistercicusem, sicut in antiquis patet priuilegijs, in nostram & omnium Ecclesiarum nostrarum tam in temporalibus, quam in spiritualibus plenam recipimus fraternitatem, pari voto & communi concordia, statuentes, vt si quando dies obitus vnius nostrum vobis vel Capitulo vestro Generali innotuerit, tantum pro eius anima Domino Deo seruitij fiat, quantum pro quolibet vestrum ordo facere consueuit, & nos versa vice vobis, & ordini nos literis præsentibus obligamus, vt quilibet vestrûm tam in vita, quam in morte apud nos, tanquam vnus ex nostris in plena fraternitate in perpetuum habeatur. Datum Fuldæ. Anno 1,2.55. Indict. 12.

Langheimensis Abbatia confœderatione fraterna iungitur Fuldensi.

Lib. III.

AD Caput XVIII. gestorum Marquardi, quod peremptoriū Hermogeneæ factionis, Paragraphū illustrē ex Autentico Codice erasum, ab Autonomiæ studiosis, iam deniq; inspecto autographo cognoui. Sed recuperandi vix suppetente copia. Itaque Pag. 267. vbi Bemeleburgi, quod alias Boumineburg facta mentio, iussum Marquardi subiicitur, quo intra Oppidi territorium vetat extare munitiones aut domicilia potentiorum, atque tantum modo licuit assequi:

Autonomorum vis in Codices antiquos.

Sed ne in circuitu loci nostri, Fuldensis scilicet oppidi aliqua à viris pestilentibus oriretur seditio, quod sæpe fit ab his, qui ideo ad Castella confugiunt

unt vt prædam de regione sumentes . . . .

Limitatio munitionũ & arcium. *strenui & fortes erant, rariores in gratiam receptos, in alio Castello in præsidio collocaui.*

LIB. IV.

Ad Paginam 277.

HRabanus. Diploma Gregorii IV. Gretserus noster pro ingenii fœcunditate ex Viennensi Bibliotheca publicauit; quod si genuinum est, magna Hrabano ornamenta conciliat.

Priuilegia Hrabano à Gregorio IV data. Testatur eo in diplomate Pontifex, quod Indict. XIV. datũ scribitur, id est anno Domini DCCCXXXVI. mirificum erga congregationem Fuldensem studium, & sex Priuilegia HRabano indulgens, I. Stabilit Ecclesiæ patrimonium. II. assignat ipsi & successoribus Romæ domicilium. Puta Monasterium S. Andreæ, dictum Exauilum, iuxta Ecclesiam S. Mariæ ad Præsepe. III. Vetat cuiusuis ordinis Antistitibus, ne sacrificent in Fuldensis basilicæ ara primaria. IV. Concedit prædicandi facultatem, proedriam & primatum sedendi in publicis consessibus, ante omnes Galliæ & Germaniæ Abbates. V. Vsum Dalmaticæ, caligarum & sandaliorum. VI. Vt Fuldensis Antistes, non nisi ab A. S. benedicatur aut confirmetur. Idibus Maii, per manus Benedict. Notarii, & Scriniarii.

Ad Paginam 285.

S Vdalrici vaticiniũ de VVernhero Abbate. WErnher. Eius multiplici præconio illud accedit, quod à Vdalrico consanguineo Episcopo, cum eum inuiseret, audiuit fore, vt si duorum suffragiis cæterorum vota cumularentur, ipsi in Augustano Episcopatu succederet.

Ad Pag. 291.

IN Rohingo. pro Henrico IV. rescribo III. aliàs secundum appellaui scilicet Imperatorem; & dicitur tertius Rex eius nominis.

Ad Pag. 319.

EBerardus Abbas. Cuius in documentis Monasterii Blanckenauui litteræ extant, quibus piorum operum fructum & fraternum fœdus Conrardo dicto Vogelio de Scotten impertit, idque rogatu Nobilis viri Simonis de Blanckenauu. Duplex verò iis in literis obseruatio proditur, Eberardum scilicet ad annum MCCXIV. peruenisse: siquidem datæ sunt eius anni exordio XIII. Kalend. Februarii. Præterea amplam tunc fuisse rem Monasticam, cum suffragationem concedit, non solum Ecclesiæ Fuldensis, sed XIV. etiam Monasteriorum sibi subiectorum.

Eberhardi Abbatis ætas. XIV. Monasteria Abb. Fuldensi subiecta.

Ad

Ad Pag. 321.

SVB *Henrico VI. de Hohenberg.* Anno Christi MCCCXLIX. & sequenti Fuldensis populus dira mortalitate afflictus, pestilentia laborauit. Malo huic leuando placuit Superûm pacem exorare, & insistere placando numini. De communi itaque Henrici Abbatis, Theodorici Decani, totiusque congregationis consilio, Scabini & ciues Fuldensis oppidi, supplicationem perennem decreuerunt pridie Assumptæ gloriosæ Dei Matris, in montem ipsius Virginis honori sacrum, cum cereis, cultuque pio & honesto ducendam; salubritati recuperandæ intercessione præsertim & veneratione, vt litteræ loquuntur, *nostræ Dominæ regni cælorum.* Inde sanxerunt annalem erogationem panis & carnis egentium multitudini eâdem vigilia Assumptionis præstandam, qua Monachi & Clerus solent in eundem montem procedere, & ibi preces fundere. Litteræ hæ signatæ dataeque sunt, anno à Christi natali MCCC.L. in vigilia S. Laurentii. *Pestilentia Fuldensis* *S. Dei Genitricis suffragia auertendæ pesti cum supplicatione perenni & eleemosyna quæsita.* Vnser Frawen vō Himmelreich

Θεῷ πρὸς μείζονα δόξαν.





INDEX MEMORABILIVM IN VITA ÆGILIS ABBATIS, EX MARGINALIBVS ERVTVS.

A.

B.

Berthous

I.

L.

M.

O.

P.

Q.

R.

Ratgarij

FINIS.



